This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LP
26
513

Lp 26.513

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND

Given in 1858 by STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), for "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."

Lp 26.513
Lp 26.514

PLAVTI

FABVLARVM DEPERDITARVM

FRAGMENTA

COLLEGIT

FRANCISCVS WINTER
PHIL. DR.

BONNAE
MAX. COHEN ET FILIVS
SVMPTVS FECERVNT
MDCCCLXXXV

Lp 26.5/3

Salisbury fund

FRANCISCO BVECHELER

RENARDO KEKVLÉ

HERMANNO VSENER

S.

Praeter unam et viginti fabulas, quas in codicibus servatas habemus, notum est antiquis scriptoribus permultas alias comoedias Plauto auctori adscriptas in manibus fuisse, quarum nos nullam haberemus notitiam, nisi earum frustula quaedam in grammaticorum scriptorum libris relicta essent. quae quamvis exigua sint quantum valeant non tam ad poetae artem recte intellegendam quam ad fabularum Plautinarum per antiquitatem propagatarum historiam cognoscendam, priores Plauti editores haud satis perspicientes in ea non tantum, quanto digna sunt, studium contulerunt. novam his reliquiis et colligendis et emendandis operam dedit Ritschelius. egregia commentatione 'die fabulae Varronianae des Plautus' inscripta istius operae fundamentum iecit fabularum deperditarum ordinem restituens genuinasque resarciens titulorum versuumque complurium formas in editionibus prave traditas. neque vero quae ibi effecerat ut editioni fragmentorum criticae mandaret Ritschelio contigit; cuius specimen tantum dedit in opusculorum volumine tertio haud ultra Boeotiam fabulam progressus. quam fragmentorum editionem haud ad finem esse perductam quam aegre ferendum sit quisque videt, qui semel inspexerit priores editiones[1]), quarum auctores neque satis adcurate grammaticorum libros perscrutati sunt ad fragmenta colligenda neque in emendandis respexerunt singulorum scriptorum, quibus versus servatos debemus, rationem fidemque satis sollicite, ne moneam artis criticae in Plauti versus adhibendae, quam primus docuit Ritschelius, eos ignaros fuisse. quae cum ita sint, haud inutile videtur his fragmentis denuo operam navare. quam ita institui, ut primum disputarem

1) Plauti fabularum editiones, quibus fragmenta adiecta sunt, enumeravit Ritschelius Opusc. II p. 76 (quibuscum conferas Brandtii adnotationem Mus. Rhen. XXXIII p. 630) p. 113, p. 154.

de fabularum ordinibus et titulis, deinde de auctoribus antiquis, quorum in libris fragmenta servata sunt, tertium versus qui sub Plauti nomine adlati in fabulis XXI haud leguntur, omnes quantum potui digestos et emendatos ederem.

Cum saeculo septimo ineunte studiis grammaticis Romae florescentibus de comoediis Plautinis quaestiones instituere inceptarent, homines litterati in id summas curas intenderunt, ut inter fabulas traditas quaenam essent genuinae explorarent. comoedias viginti quinque, quas vere Plautinas agnovit, e ceteris segregavit Aelius Stilo, similes fabularum indices composuerunt Sedigitus, Claudius, Aurelius, Accius, Manilius; propriam viam ingressus Varro praeter unam et viginti fabulas consensu omnium Plauto vindicatas quasdam alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis, cuius rei testem habemus Gellium in N. A. III, 3. in Varronis iudicio sequentes grammatici ut videtur acquieverunt, neque legimus quemquam post Varronem in hanc quaestionem studium contulisse. Varronis praescripta cum tantae fuerint auctoritatis, ut illae una et viginti fabulae per posterum tempus pro genuinis receptae ad hunc diem servarentur, valde probabile est, etiam e ceteris fabulis grammaticos recentiores eas potissimum respexisse, quae a Varrone Plauto erant addictae. itaque earum praeter XXI fabularum, quarum memoriam nos relictam habemus, plurimas interfuisse illi fabularum a Varrone probatarum ordini cum Ritschelio consentientes haud a veritate aberrabimus. neque tamen ultra hoc generale propositum progredi licet. nam ut inter fabulas etiam nunc adcurate designemus eas, quas Varro genuinas easque quas suppositicias iudicaverit, satis certa indicia nobis non sunt praesto. quam adcuratam distinctionem Ritschelius perficere conatus est: Servii verborum ‘nam Plautum alii dicunt unam et viginti fabulas scripsisse, alii quadraginta, alii centum’ etiam illa ‘alii quadraginta’ ad Varronem referens undeviginti fabulis electis alterum fabularum Varronianarum ordinem construxit. sed Ritschelius ipse professus est, certum iudicium de paucis tantum fabulis proferri posse. neque mihi propositum est in Ritschelii disputationem invehi. unum tamen

monendum videtur: Ritschelius Colacem, Phagonem, Dyscolum, Agroecum fabulas ob eam causam e Varronianarum ordine eiecit, quia num genuinae essent titulorum formae magnam moverent suspicionem. hanc enim normam in titulis componendis Plautum secutum esse, ut cum e personarum nominibus titulos fecisset, graecas formas admitteret, eos autem, quos e nominibus appellativis derivasset, semper latinos formaret. Ritschelius igitur fabulas illas ambiguis inserens ratiocinatur, eas comoedias, in quibus, quantum hodie erui potest, insunt a Plauti consuetudine aliena, Varronem quoque suppositicias iudicaturum fuisse. quae ratiocinatio duas alias fabulas num recte ordini Varroniano attribuerit Ritschelius, movet dubitationem: Lenonum geminorum fabulae versus 'dolet huic puello sese venum ducier' non convenit cum Plauti sermone. 'dolet' apud Plautum non cum accusativo cum infinitivo, sed ubicumque legitur semper cum quia aut quod coniunctum est[1]). primum exemplum accusativi cum infinitivo praebet Terentii Adelph. v. 275 'hoc mihi dolet nos paene sero scisse et paene in eum locum redisse'. alterius fabulae, Trigeminorum, versus a Gellio N. A. VI, 9, 7 adlatus 'nisi fugissem medium credo praemorsisset' ab omnibus editoribus perperam sic scriptus est: 'nisi fugissem, medium, credo, praemorsisset'. minime 'medium' cum 'praemordere' coniungi licet[2]). versus necessario sic restituendus est: 'nisi fugissem in medium, credo praemorsisset' id est 'nisi fugissem ex aede in medium', aeque ac Capt. 649, Afran. 168 dictum est. quam significationem medii voculae alienam a Plauto recentiore demum tempore in usum venisse demonstravit Langenus 'Beiträge zur Kritik und Erklärung des Plautus' p. 222[3]). apparet eodem iure quo Colacem ceterasque etiam hanc utramque fabulam ab-

1) V. Brixii adnot. ad Trin. v. 290 Capt. v. 148, conferas etiam Luebberti Gramm. Stud. II p. 102 sq. — diversam sententiam profert Draegerus Histor. Syntax d. lat. Sprache II^2 p. 392.

2) Conferas modo Mil. v. 318 'Non tu tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes' et Trucul. v. 614 'Tange modo: iam hic ego ted agnum faciam et medium distruncabo'.

3) Langenus Captivorum versum etiam ob alias causas suspectum recte ut interpolatum eiecit.

iudicari posse a Varronianarum ordine. attamen Varro omnino minus ex istius modi quaestionibus perpensis quam e filo atque facetia sermonis Plauto congruentis, ut Gellii verbis utar, fabularum originem eruere studuisse videtur. ni ita se res haberet, prorsus haud intellegeremus, quomodo fieri potuerit exempli gratia ut Boeotiam fabulam sub Aquilii nomine traditam Plauto vindicaret vel potius versus a Gellio servatos Plautinissimos iudicaret, quos recentiore quam Plauti aetate exortos esse e solariis memoratis Ritschelius statuit. opponat quispiam cum Ritschelio non Varroni sed Gellio hoc vitium esse imputandum, quippe qui, cum expressis verbis dicat se Boeotiam 'nuperrime' legisse, minus feliciter hos ipsos versus elegerit retractatos contrarium docentes ac Gellius ipse voluerit. immo haec unica esset via, qua res explicari posset, si talibus Gellii verbis sincera fides esset. quantae vero fuerit levitatis Gellius, valde insigne documentum, quod detexit Kretschmerus 'de A. Gellii fontibus' p. 14, habemus libri noni caput quartum, ubi libros Aristeae, Isigoni, aliorum se emisse et legisse mentitus est, quorum ex uno Plinio notitiam sumpsit. neque cum sana ratione congruit Kretschmeri iudicium 'sed quandoque bonus dormitat Homerus: infelici hora ei accidit, ut a veritate, quam alias amicam habebat, hoc loco descisceret', sed hoc unum exemplum suadet Gellio fidem ut abrogemus, quotienscumque ex aliis causis de eius verbis suspicio movetur. neque quae de Plauti fabulis lectitatis protulit carent omni suspicione. ut infra exponam, antiquitatis studiis Hadriani aetate renascentibus fabulae una et viginti a Varrone segregatae tantum praevaluerunt, ut ceterae fere omnino neglegerentur. quarum haec illa per casum in virorum doctorum manus fortasse venit, sicut Colax et Caecus, quarum alteram Marcus Aurelius, alteram Iulius Romanus ut ipsas lectitaverint, factum esse potest. tantum vero studium, quantum Gellii verba testari videntur, si re vera homines litterati saeculo secundo in eas contulissent, valde mirum esset, quod vestigia eius non solum in ceteris Gellii libris sed etiam in recentiorum grammaticorum operibus prorsus nulla relicta sunt. Gellius enim duobus tantum praeter III, 3 locis fabulas nunc deperditas memorat: XI, 7, 5, cuius capitis fons ignotus est, et VI, 9, 7, ubi Trigeminorum versum adfert non e fabula ipsa, sed e Probi

opere sumptum[1]). eidemque auctori debuit tria incertae sedis fragmenta, quae exhibet IV, 7, 1, ubi Probi nomen adiectum est, et XVIII, 12, 3 et 4[2]). in recentiorum autem grammaticorum libris qui adlati sunt versus fere omnes fluxerunt e fontibus saeculi p. Chr. primi, id quod de plurimis certo statui, de reliquis probabiliter conici licet. dubitatio in Gellii verba mota augetur eo, quod Nervolariae versus, quem adfert Gellius III, 3, 6, idem exstat in Varronis de l. l. VII, 65. qualem consensum casu factum esse vix tibi persuadeas, certe multo verisimilius est, Varronem sicut in paucis libris nobis servatis non numquam eundem versum bis posuit, Nervolariae versum etiam in libro de comoediis Plautinis inscripto memorasse eumque ex hoc Gellium exscripsisse. quae si recte disputavi, Gellii de fabulis, quas se lectitasse gloriatus est quasi ipsas inspexerit, fides valde debilitatur. neque igitur Ritschelii argumentationi adstipulari possum. neque Boeotiae versus, quippe quos Ribbeckius comicorum reliquiis inseruerit, inter fragmenta Plautina recepi, cum de eorum origine, quantum video, nunc quidem decerni non iam liceat.

Titulorum fabularum deperditarum plurimos a vitiis editorum Ritschelius egregie liberavit, ita ut pauca tantum restent, quae addantur. Pagonem titulum integre[3]) traditum ut mutemus efficere non potest illa lex a Ritschelio de titulorum formis posita. neque ceterorum virorum doctorum coniecturae[4]) habent ullam probabilitatem neque Loewii Prodr. p. 292, qui Lipargum titulum Prisciani I p. 522 traditum in Arpagum mutatum cum hoc componens e Varronis 'in pagone: honos syncerasto perit pernis glandio' talia effinxit 'in arpago: metuo ne honos syncerasto pereat pernis glandio'.

Pro Cacistione, quod e Cesistione in Varronis codice Flo-

1) Cfr. Mercklinius in Fleckeis. Annal. suppl. III p. 652, Kretschmerus l. c. p. 84, Steupius de Probis grammaticis p. 199.

2) Cfr. Kretschmerus l. a. p. 88, Steupius l. a. p. 196. — Ritschelius Parerg. p. 131 nimis benevole ut opinor de Gellii studiis iudicavit coniciens eum Varronis praescripta etiam ad ceteros quos adtulit praeter III, 3 fabularum ambiguarum versus adhibuisse.

3) Cfr. Ribbeckii Com. lat. fragm. coroll. p. CIII sq.

4) Paplago coniecit Hertzius Rament. Gell. mant. p. 20, Phao Ladewigius Anal. scen. p. 13.

rentino tradito Ritschelius coniecit, Loewius Prodr. p. 291 verisimilius proponit Cocistrio, glossas 'cocistrio: praegustator cocinae' et 'cocistrio: graecum est, id est tabernarius' adhibens.

Lipargum titulum, quem adhuc frustra temptaverunt viri docti, mutare non ausus sum, quamquam confiteor, me adhuc quomodo explicari possit non invenisse. editores cum Scaligero Lipargum retinentes temere alterum nomen Parasiti pigri esse censuerunt. quorum sententia abiecta Ritschelius Opusc. II p. 730 sqq. Freundio adsensus est proponenti 'in Lipargo' corruptum ex 'in litergo' corrigendum esse sic 'in sitellitergo'. neque hac coniectura neque Ribbeckii 'in Luperco' neque Loewii 'in Arpago', id quod non tam prope ad litterarum traditarum similitudinem accedit quam Loewio ipsi visum est, verum extricatum esse puto.

Iam unus restat titulus, de quo Ritschelium haud recte iudicasse censeo. Festus p. 301, 26 et 352, 20 adfert e Syro fabula versum 'cum extortis talis cum todillis crusculis' (sodellis p. 301). eundem versum e Cistellaria memorat Priscianus I p. 103 et omisso fabulae titulo Paulus p. 52. denique Festus p. 329, 34 titulo haud adiecto tradit versus '[diobolares schoeniculae mi]raculae cum extritis [talis cum todillis crusculis'], quos Cistellariae esse ex eo sequitur, quod priorem versum Varro de l. l. VII, 64 e Cistellaria laudat. similiter Festus p. 169, 11 et 197, 20 duos versus e Nervolaria profert, qui iidem in Sticho fabula leguntur. quaeritur, quomodo hae titulorum discrepantiae exortae sint. abstineamus prava illa interpretatione, Festum vel potius Verrium titulos confudisse, quam de duobus versibus e Nervolaria laudatis viri docti admiserunt. haec enim interpretatio, quae minus offenderet, si uno tantum loco discrepantia exstaret, ab istis versibus prorsus removenda est, praesertim cum per totas Festi reliquias nusquam in titulis erratum sit. Muelleri explicationem, et in Cistellaria et in Syro illum versum positum fuisse, Ritschelius[1]) ut otiosam acriter refutans Ladewigio[2]) adstipulatus est[3]), qui coniecit Syrum servum in Cistellariae partibus nunc

1) Parerg. p. 164, 175 sqq., 206.

2) Mus. Rhen. III, p. 525 sqq.

3) Adsensus est etiam Leidolphus 'de Festi Paulique locis Plautinis' in Comment. philol. Ienens. II p. 205 sq.

deperditis locum habuisse eiusque nomen scriptorem grammaticum pro titulo sumpsisse. quae sententia ne minimam quidem habet similitudinem veri. neque enim exemplis, qualia habes Pyrgopolinicem titulum pro Milite glorioso, Cacistum pro Vidularia, Chrysalum pro Bacchidibus a Fulgentio positos, opus est adprobari, sed e rerum natura efficitur, nisi eorum, qui in fabulis primas partes egerunt, nomina apte adhiberi non potuisse pro titulis. Syrus autem ut re vera in Cistellaria infuerit, certe non primas sed postremas egit partes neque, quantum e scaenis sat multis de fabulae argumento statuere licet, quidquam profuit ad exitum fabulae evolvendum. certe Lampadionem Verrius fabulam inscripsisset, si cuiuspiam personae nomen pro vero Cistellariae titulo inducere voluisset. itaque Ladewigii coniecturam non probo unaque quae relinquitur Muelleri explicatione recepta Syrum fabulam fragmentorum ordini reddo. neque quidquam valet, quod praeter hunc utrumque Festi locum nusquam Syri mentio facta est. fabulas enim plures habemus memoratas uno tantum loco. neque etiam illo Ritschelii argumento Muelleri sententia profligatur, quo haud verisimile esse ponitur tam peculiarem versum in duabus ac diversis fabulis fuisse. sane quidem iste versus haud stricte respondet ad legem a Ritschelio de versibus iteratis constitutam, ut eos tantum versus, qui generalem sententiam continent aut certa dicendi formula compositi sunt, praeter paucas voculas aeque formatas Plautum diversis fabulis admisisse credamus. attamen eaedem res iisdem fere verbis descriptae cum in Plauti comoediis saepius inveniantur — conferas, ne omnia exempla enumerem, Poenuli v. 267 sqq. cum Cistellariae versibus a Ritschelio Parerg. p. 174 sqq. tractatis — istius modi versum bis positum tuentur.

Quae de titulis disserenda restant minus gravia, ne longius disputationem producerem, fragmentorum adnotationibus subieci. itaque nunc me converto ad alteram quaestionem de auctoribus, in quorum libris fabularum deperditarum versus nobis servati sunt, instituendam.

Fragmenta Plautina, quae titulis fabularum adiectis tradita sunt — ab his enim, ut satis certum totius quaestionis fundamentum ponamus, proficiscendum est — debemus libris Varronis, Verrii a Festo Paulogue excerptis, Probi commentario Vergiliano,

operibus Plinii maioris, Gellii, Marci Aurelii ad Frontonem epistulae, scholiis Veronensibus, pleniori in Vergilii carmina commentario qui dicitur Serviano, libris Nonii, Charisii, Diomedis, Macrobii, Prisciani. de quibus reliquiis ut recte iudicetur, inprimis id inquirendum est, unde singuli scriptores versus, quos adferunt, sumpserint, utrum e fabulis ipsis an e priorum grammaticorum operibus.

De Varrone et Verrio iudicium haud fluctuatur. quamquam enim pro certo haberi potest, utrumque e priorum grammaticorum libris non nulla veterum scriptorum exempla mutuatum esse, tamen non dubium est, quin plurima e fabulis ipsis hauserint. Probum fabulas ipsas inspexisse et demonstrabit disceptatio de recentiorum grammaticorum fontibus et perspicue docent verba, quae sunt in vita Vergilii Probi[1]) commentario praemissa, haece: 'sunt autem astrabae vehicula dicta *παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι*, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inducit'. Plinius quos memorat versus Nat. Hist. XIV, 92 e Fabio Dosseno[2]) sumpsit, verba ad Saturionem spectantia XXIX, 58 verisimilius ut opinor e Verrii opere quam e fabula ipsa descripsit, unum quod restat incertae sedis fragmentum XIX, 50 unde hauserit *diiudicari non potest. neque Marcus Aurelius utrum Colacem fabulam, cuius tres versus memorat, ipse lectitaverit an non decerni licet. minus fluctuantem sententiam admittunt Caeci vel Praedonum versus, quam fabulam Iulio Romano ad manus fuisse infra explicabo. diversum iudicium cadit in ceteros scriptores, quos omnes mihi quidem non dubium est copias suas e grammaticorum conlectaneis transtulisse, ita ut haec tantum quaestio moveatur, quibusnam fontibus versus Plautinos debuerint. pauci versus, qui exstant in scholiis Veronensibus, pleniore commentario Serviano, Macrobii libris, unde exscripti sint satis certa non habemus indicia, reliquorum fontes patent. Gellium frag-

1) Frustra Riesius 'de commentario Vergiliano qui M. Valerii Probi dicitur' p. 6 sqq. contra Jahnii (proll. ad Persium p. CXLI sqq.) et Reifferscheidii (roll. Sueton. p. 398) sententiam conatus est hanc vitam a Valerio Probo Berytio abiudicare. cfr. Steupius 'de Probis grammaticis' p. 120 sqq.

2) Cfr. Ritschelii Parerg. praef. p. XIII.

menta Plautina e Varronis et Probi libris excerpsisse iam supra exposui.

Nonium constat opus suum de compendiosa doctrina conscripsisse praeter diversos commentarios aliquot grammatica conlectanea exhaurientem. commentariorum ordinibus praeter Vergilianum, unde fortasse deprompsit Medici parasiti versum p. 200, 7, ne unum quidem fragmentum Plautinum debuit[1]). tres versus Astrabae p. 62, 32 Corniculae p. 63, 11 Frivolariae p. 66, 31 prolati exstant in duobus alphabeticis ordinibus libro primo insertis, quos Schmidtius 'de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis' p. 138 probabiliter coniecit e glossario aliquo secundum litteras distributo desumptos esse. cuius copias e veteribus fontibus emanasse haud pauca ostendunt exempla cum Varronis Verriique exemplis convenientia[2]). adverbiorum ordini libri II inserti sunt duo versus Nervolariae et Corniculae p. 127, 25 et 147, 27. ordines adverbiorum libri I et II ex eodem fonte quo adverbia libro IX adiecta fluxisse probabiliter coniecit Schmidtius l. a. p. 118. haec cum ex antiquiorum scriptorum libris, Probi, Verrii, Varronis, manasse Charisius ostendat (cfr. Schmidtius l. a. p. 69), etiam hos versus per rivulos quosdam ignotos ex illa aetate in Nonii opus venisse verisimile est. omnes ceteri paucis exceptis versus fabularum deperditarum exstant in librorum secundi et tertii partibus, quae inter singulos commentariorum ordines interpositae sunt. quas unde petierit Nonius haud omnino constat. tamen ad multorum exemplorum fontem inveniendum vestigia adsunt. neque ex uno omnia mutuatus est, sed plures ac diversos libros compilavit: e Gellio aliquot exempla recepit, quae enumerata sunt ab Hertzio in Fleckeis. Annal. vol. 85 p. 716 sqq. et 782 sqq. hisce inserti sunt duo versus Astrabae p. 69, 31

1) Hoc ob eam causam memoratu dignum videtur, quod de commentariis Plautinis, cuius utriusque auctores incerti copias alibi repertas iam breviter contraxisse videntur, ut recte iudicemus non nullam habet utilitatem.

2) Cfr. conticinium p. 62, 26 cum Varr. de l. l. VI, 7, VII, 79 praeficae p. 66, 31 cum Varr. de l. l. VII, 70 Paul. p. 223 grumae p. 63, 3 cum Paul. p. 96 luculentum p. 63, 11 cum Paul. p. 120 proletarii p. 67, 18 cum Paul. p. 226.

et Nervolariae p. 169, 6[1]). praeterea sicut in aliis Noniani operis libris ita inprimis in tertio Probi magnum observationum numerum inesse viri docti multis exemplis demonstrarunt. quae Nonium e Probo ipso exscripsisse sententia erat Hertzii et Kretschmeri refutata a Keilio gramm. lat. V p. 570, qui Nonium illa Probi frustula e Capro sumpsisse statuit. inter ea, quae certum est e Capri libris fluxisse, unus tantum versus Plautinus Agroeci fabulae interest p. 196, 31 s. v. clunes memoratus, quem sive Caper sive Probus ipse num e Verrii opere exscripserit valde dubium est propter lectionum discrepantias. ceterorum versuum plurimos ad eundem fontem pertinere ut coniciam eo moveor, quod Plauti fabularum deperditarum versus in his ipsis operis Noniani partibus mire cumulati unum exemplar designare videntur, ne moneam, procul dubio multo plures copias, quam nunc enucleare licet, Nonium e Capro transtulisse. qui restant versus Astrabae p. 376, 7 Colacis p. 545, 20 Medici parasiti p. 551, 4 incertarumque fabularum p. 333, 31 et 447, 10 quibusnam auctoribus debeantur, erui non iam potest.

Charisius omnes, quos exhibet deperditarum fabularum versus accepit a C. Iulio Romano. is licet haec illa de suo adgesserit, plurima e Capro deprompsit, ut inter omnes constat. quasi fundamentum Capri libros operi suo subiecisse iisque quae ex hoc hausit, alia ex aliis scriptoribus grammaticis adglutinasse videtur. quorum copiae cum facile cognoscantur, praesertim cum saepissime nomina ipsorum adiecerit Romanus, non vereor ne errem Frivolariae versus p. 193, 15 et 196, 9 duosque incertos p. 197, 18 et 242, 10, quos ex additicio fonte fluxisse nullum indicium est, Capro attribuens. plane contrarium adhibendum est iudicium ad Caeci vel Praedonum fragmenta, cuius fabulae quotquot versus nobis traditi sunt, omnes decem servavit Romanus. quos si Romanus e Capro exscripsisset, miraremur ceteros scriptores, ut Nonium, Diomedem, Priscianum, in quorum libris permultae Capri vel potius Probi reliquiae insunt, praeter ceteras fabulas Plautinas Caeci vel Praedonum nullam fecisse mentionem. deinde Charisii capite I, 15, cuius auctor eodem fonte quo

1) Aululariam Nonius neglegenter scripsit pro Nervolaria. cfr. Hertzius l. a. p. 726.

Romanus usus est[1]), conlato cum iis partibus quae Caeci vel Praedonum versus continent, facile agnosces hos versus haud ad communem illum fontem i. e. Capri opus redire. quod ad demonstrandum hoc unum exemplum valet:

Charis. (I, 15) p. 109, 10 plure aut minore emptum antiqui dicebant. Cicero 'plure venit' et Lucilius 'plure foras vendunt'. sed consuetudo pluris et minoris dicit.

Charis. (II, 13) p. 211, 27 Plure Plautus in Caeco vel in Praedonibus 'plure altero tanto quanto eius fundus est velim'. Cicero quoque 'plure venit' Lucilius 'plure foras vendunt quod pro minore emptum' antique.

aut fabulam ipsam inspexit Romanus, id quod Ritschelio[2]) placuit, aut illos decem versus alicui auctori debuit, de cuius aetate studiisque nil certi proferri potest. mihi Ritschelii sententia veritatem adsequi videtur. talia enim verba, qualia legimus p. 202, 30 'invito ut falso Plautus in Caeco vel in Praedonibus "neque eam invito a me umquam abduces", quod idcirco putavi tractandum, quia numero plurali' e. q. s. indicare videntur Iulium Romanum hunc versum e fabula ipsa sumpsisse. minus refert, quod p. 219, 9 'sedulum Plautus in Caeco vel in Praedonibus "velim te arbitrari factum" respondetur "sedulum est, summoventur hostes, removentur lapides' personarum distributio significata est, unde non certo efficitur Romanum fabulam ipsam inspexisse. idem invenitur p. 198, 22 in Titinii, p. 204, 1 et 207, 10 in Afranii versibus.

Diomedes versus exhibet Corniculae p. 383, 15 et Faeneratricis p. 401, 5, deinde tres incertos pp. 345, 4; 368, 25; 458, 25. qui omnes praeter unum (p. 458, 25) in iis capitibus exstant, quae Probi frustulis impleta esse constat, sive cum Keilio[3]) consentis Diomedem Probum ipsum compilasse, sive cum Christio[4]) Steupioque[5]), aliis, ut Capro, intercedentibus Probi copias in illius libros fluxisse. itaque hoc quoque loco ad Probi studia Plautina reicimur.

---

1) Cfr. Christii commentationem Philol. XVIII p. 121 sqq.
2) Parerg. p. 157.
3) Gram. lat. I praef. p. LI sqq.
4) Philol. XVIII p. 129.
5) De Probis p. 190 sqq.

Ad eundem pertinent versuum, quos Priscianus e Plauti fabulis deperditis adfert, plurimi. versui Frivolariae I p. 188, 26 Capri nomen adscripsit. Capri libro etiam I p. 280, 15 usus est: 'antiqui tamen ancipes et praecipes et bicipes proferebant in nominativo et sic secundum analogiam sequebatur genetivus ancipes ancipitis, ut sospes sospitis. Plautus in Commorientibus "Saliam in puteum praecipes", idem in Rudeute "post altrinsecus est securicula ancipes itidem aurea'. quibuscum conferas Charisii (I, 15) p. 88, 11 'quam rationem ut custodirent veteres multa dure protulerunt, ut ancipes pro anceps et praecipes pro praeceps' et (I, 17) p. 120, 14 'ancipes veteres cum ratione dixerunt ne genetivus ancipitis duabus videretur syllabis crescere. Plautus in Rudente "post altrinsecus est securicula ancipes'. facile videbis unum doctorem, quem Priscianus adcuratius quam Iulius Romanus et auctor Charisiani capitis I, 15 exscripsit. quem doctorem Caprum fuisse iis quae de Charisii I, 15 et I, 17 fontibus disceptata sunt probatur. Medici parasiti versus I p. 489, 17 exstat in libro nono, ubi de verbis in 'leo' desinentibus agitur, quae pars ex eodem fonte quo Diomedis p. 373, 17—374, 2 derivata est, id est ex Probo per Caprum. minus certo enucleari potest unde duo versus, qui libro decimo inserti sunt, Carbonariae I p. 516, 11 et Lipargi I p. 522, 14 deprompti sint. sed cum in libro decimo aeque atque in nono saepius ceteris scriptoribus Probus memoretur et praeterea multa exempla cum iis consentiant, quae apud Diomedem exstant[1]), quasi ultro se offert coniectura, etiam hos versus, qui ad tales verborum formas inlustrandas adscripti sunt, quales Diomedes quoque quamquam minus frequentes exhibet (p. 368, 21—25; 387, 5—10)[2]), ad Probum redire. restant denique duo fragmenta e Verrii copiis in Prisciani opus translata: versus Lenonum geminorum I p. 231, 21 et Frivolariae I p. 271, 2 memorati in Festo leguntur p. 249, 19 et 257, 31. quorum priorem e Suetonii de institutione officiorum libro se hausisse Priscianus ipse indicat[3]). cuinam auctori alterum debuerit, latet. nam

1) Cfr. Keilius Gram. lat. I praef. p. LII.

2) Cfr. Keilius l. a. p. LIV.

3) V. Suetonii reliquiae ed. Reifferscheidius p. 348.

Verrii ipsius libros non evolvisse eum inter omnes constat, Festi epitome usum esse non apparet. immo omnia quae insunt in Prisciani libris Verriana per secundum auctorem eo inducta esse videntur; Verrii nomen semel Priscianus adfert I p. 212, 16 'inveniuntur tamen quidam haec allex feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus, Verrium Flaccum posuisse allecem hanc dicens'. neque tamen causa est cur hunc quoque Frivolariae versum Priscianum e Capri libro recepisse coniciamus. multo verisimilius fit interpretatione voculae adiecta 'et proprie intercus aqua dicitur, quam Graeci ὕδρωπα nominant', eundem esse fontem ex quo Servius haec ad Verg. Georg. I, 124 adposuerit: 'veterno, pigritia, [otio, quia plerumque otiosos solet hic morbus incessere, Plautus in Addicto "opus facere nimio quam dormire mavolo, veternum metuo."] veternus autem dicitur morbus intercus i. e. ὕδρωψ, qui homines efficit pigros [et dicimus hic intercus, huius intercutis]'. relegamur ni fallor ad librum de vitiis corporalibus scriptum. fortasse hoc quoque loco Priscianus itemque Servius[1]) Suetonio usi sunt, qui in Prato de vitiis corporalibus egerat.

Perlustrantes auctorum ordinem, quorum studiis factum est, ut dubiosarum Plauti fabularum memoria non omnis abolesceret, videmus post Varronem Verriumque inprimis Valerium Probum Berytium has comoedias perlegisse iisque usum esse ad thesauros grammaticarum observationum augendos. Valerium Probum Berytium dico. neque enim mihi dubium est, quin Steupius talia studia grammatica, de qualibus hic agitur, recentiori cuidam Probo attribuens erraverit. nimis angustis finibus Berytii studia coartavit atque tertium studiorum genus a Suetonio laudatum ('reliquit autem non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui') parum respexit. sed ne repetam, quae iam ab aliis viris doctis[2]) in Steupii sententiam recte prolata sunt, satis habeo monere esse quae veteres scriptores sub Probi nomine tradunt, iis videlicet exceptis, quae Probo saeculi quarti litteratori adiudicantur, ad Berytium referre. Probus igitur

1) Servium Suetonii 'Prato' multa debere ostendunt Reifferscheidius l. a. p. 272 Kirchnerus in Fleckeiseni Annal. suppl. VIII p. 532.

2) Cfr. Teuffelius 'Stud. und Charakt.' p. 442 Vahlenus ind. lect. Berol. 1877/78 p. 10.

versus Agroeci, Astrabae, Carbonariae, Commorientum, Corniculae, Faeneratricis, Frivolariae, Lipargi, Parasiti medici, Trigeminorum operi suo[1]) iniecit, quos etiamsi multi non e Probi sed e Capri libris grammatici hauserunt, si non omnes tamen plurimos Probo addicendos esse, iis fere quae de Capri studiis nobis tradita sunt probatur. porro licet hunc illum versum a priore grammatico, ut Agroeci versum a Verrio, Probus mutuatus sit, tamen pro certo haberi potest eum maiorem partem e fabulis ipsis congessisse, id quod de Astraba Probi explicatio adiecta ipsa demonstrat.

Praeter versus, quos e Varronis Verrii Probi copiis in recentiorum grammaticorum opera transiisse certis indiciis colligimus, paucos qui exstant ex ignotis fontibus desumpti, haud valere ad iudicium faciendum de fabularum Plautinarum lectione per se patet. neque igitur dubito contendere fabularum praeter Varronianas Plautinarum studium post Probum oblitteratum neque etiam Hadriani aetate renatum esse. adeo, ut videtur, praevaluerunt fabulae una et viginti a Varrone segregatae, ut ceteras saeculi secundi homines litterati, quamquam reliquis veterum auctorum scriptis novam operam insumpserunt, fere omnino neglegerent.

Restat ut in ea fragmenta inquiram, quae fabularum titulis haud adiectis tradita sunt. quorum longe plurima in Varronis Verriique reliquiis leguntur, multa in Gellii, Nonii, Charisii, Diomedis libris exstantia Probo supra attribui. pauca quae supersunt fere omnia commentariis relata unde fluxerint latet. neque ad quaestionem de fabularum deperditarum studiis propositam versus incertae sedis habent gravitatem, quippe cum ne hoc quidem decerni possit, utrum revera in deperditis fabulis exstiterint an in Varronianarum partibus nunc detruncatis. sed de hoc versuum genere alia quaestio movetur diiudicatu valde

1) Libri titulum quominus designemus, indicia satis certa desunt. de Plauti commentario cogitari vix licebit. neque libro de inaequalitate consuetudinis scripto ut omnes versus attribuamus, sufficit unus Charisii p. 212, 7 locus, quo huius libri mentio fit; verisimillimum mihi videtur versus illis non mediocribus silvis observationum sermonis antiqui insertos fuisse.

difficilis. insunt enim in grammaticorum scriptorum libris aliquot versus sine fabularum titulis prolati, qui cum versibus quibusdam fabularum adhuc servatarum tantam similitudinem habent, ut dubitari possit, utrum pro istis versibus habendi an tanquam diversi fragmentis adcensendi sint. quod ad decernendum cuiusque auctoris rationem citandi quam diligentissime perscrutabimur. neque tamen haec ratio de omnibus versibus satis certum iudicium praebet. per se patet eam minus valere in tali scriptore qualis Nonius est et Priscianus, qui exempla, quae adferunt, e variis libris mutuati sunt iisque, quorum auctores nihilo magis e fabulis ipsis, sed e priorum grammaticorum copiis exempla congesserant. quamquam non certum quidem tamen, quantum potest, probabile ut iudicium fiat, haec una apta est ratio.

In Varronis Verriique reliquiis versus, excepto quod nonnulla a codicum nostrorum lectionibus leniter discrepant atque hic illic verba transposita sunt[1]), adcurate descripti sunt. itaque dubitari nequit quin versus ex. Varr. de l. l. VII, 91 'ciccum . . . a quo etiam Plautus dicit: quod volt densum, ciccum non interduo', quem priores editores perperam pro Rudentis v. 580 habuisse videntur, cum Spengelio et Muellero fragmentis inserendus sit. minus recte versum Varr. d. l. l. VII, 12 'ut Plautus cum ait: intus para, cura, vide quod opus fiat' Muellerus, cui Ritschelius Parerg. p. 76 adstipulatus est, deperditae fabulae vindicavit: est enim Menaechm. v. 352[2]). Varronis d. l. l. V, 146 'secundum Tiberim ad Iunium forum piscarium vocant; ideo ait Plautus apud piscarium, ubi variae res' e fragmentorum ordine eieci cum Osanno (Anal. crit. p. 186) Vrlichsio (Mus. Rhen. XXIII p. 87) Goetzio (ad Curcul. v. 474) consentiens.

E Festi epitome Paulique excerptis undetriginta fragmenta exscripsit Bothius, nonnulla iniuria: Pauli p. 61 (ap. Both. s. n. 3), 'coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus posuit' scribendum esse cc[illegible]inare, quod iam Dacerius voluit,

---

1) Varronis exempla complura collegit Bergkius 'Auslautendes D im alten Latein' pg. 157 sqq., de Verrii exemplis diligenter tractavit Leidolphus 'de Festi Paulique locis Plautinis'.

2) Nunc video iam Bergkium l. a. p. 159 Muelleri errorem correxisse.

neque id ad versum deperditum, sed ad Aulul. v. 408 aut Pseud. v. 853 referendum esse Sauppius evicit (quaestiones Plautinae p. 10)[1]). Festi p. 305 'suppremum e. q. s. Plautus .... mum habuisti se ... tuis', e quibus Bothius Vrsino praeeunte hunc versum construxit 'certe me supremum habuisti semper in rebus tuis' fragmentisque adiecit (n. 37), Dacerium recte rettulisse ad Pseud. v. 16 'nam tu me antidhac Supremum habuisti comitem consiliis tuis' nemo negabit[2]). neque minus probabiliter e Pauli verbis p. 61 (B. n. 73) 'consuetionem Plautus pro consuetudine dixit[3])' Amphitr. v. 490 et e Festi p. 181 'occidamus Plautus ponit pro contra cedamus[4])' Pseud. v. 250 a viris doctis sanati sunt. accedit fragmentis Pauli p. 62 'conruspare, conquirere. Plautus: conruspare tua consilia in pectore', quem versum Bothium omisisse iam Muellerus adnotavit. Pauli p. 8 'angor e. q. s. Plautus: vellem me in anginam verti, quo huic aniculae fauces praeoccuparem' fragmentis adiciendum esse infra exponam, cum de Servii locis Plautinis disseram.

Diomedis p. 365, 5 'decollo decollavi, hoc verbum apud veteres decipio significat, ut apud Plautum: una est decollavit' (B. n. 52) intellegitur neglegenter contracta esse e Captivorum versibus 496 et 497 'est illic mi una spes cenatica, Si ea decolabit, redibo huc ad senem ad cenam asperam'. versus ib. p. 345, 6 enotatos 'hiare et hietare veteres dixerunt, Plautus: siqua forte contio est, ubi eum hietare nondum in mentem venit' ut e fragmentorum ordine eiceret Bothius editione Putschiana commotus est, ubi 'Plautus' omissum erat. quos versus cum prioribus editoribus fragmentis attribuo. neque enim Keilii sententiae adsentior, eos intercisis versibus Menaechm. III, 1, 3 et 4 aut ex eadem Menaechmorum scaena in codicibus Plauti lacunosa aut ex alio poeta petitos esse. illius scaenae pauci tantum versus lacunosi sunt neque sententia his versibus expressa desideratur. deinde verba a Diomede adlata iambicos numeros produnt, Menaechmorum illa scaena trochaicis numeris composita

1) Cfr. Ritschelii et Lorenzii adnotationes ad Pseud. v. 853.

2) Leidolphus l. a. p. 234 conicit 'socium'.

3) Cfr. Leidolph. l. a. p. 238.

4) Cfr. Leidolph. l. a. p. 240.

est. neque versus esse alius cuiusquam poetae cur putemus ulla est causa. an si vere Men. III, 1, 3 et 4 intercisi sunt, non duo Plauti exempla adferri potuerunt? sed ne hoc quidem opus est accipi, illos Men. versus omissos esse.

Nonii p. 180, 9 'tippula, animal levissimum quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro e. q. s. Plautus: levior es quam tippula' haud recte, ut opinor, omnes editores ad Persae v. 244 'neque tippulai levius pondust quam fides lenonia' rettulerunt. et sententiae et verba plane diversa sunt. neque autem inter omnes versus Plautinos a Nonio descriptos, qui iidem in Plauti codicibus leguntur, unum invenies similiter depravatum. contrario Nonius ipse, etiamsi fabularum titulos nonnumquam confudit[1]) neque semper tanta diligentia usus est, ut exemplorum in fontibus repertorum totum contextum in opus suum transferret, tamen singula verba satis adcurate exscripsit. neque eius auctores in versibus describendis simili ac Servium neglegentia usos fuisse, ullum adest indicium. sic potius res sese habere videtur: auctorem commentarii Varroniani, unde Nonius ista exempla desumpsit, ut Verrii copiis saepius usus est[2]), ita quae ad 'tippulam' adscripsit, e Verrii opere hausisse probat interpretatio huius voculae eadem a Nonio l. a. et a Paulo p. 366 prolata: Verrius duo exempla Plautina adiecerat, et hoc 'levior es quam tippula' et Persae v. 244, quorum alterum, ut soliti sunt copias amplas contrahere, Festus vel Paulus, alterum Varroniani commentarii auctor vel Nonius receperunt[3]).

---

1) Nonnulla exempla collegit Studemundus 'Emendationes Plautinae' p. 14 sq.

2) V. Schmidtii 'de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis' p. 131.

3) Versus 'sed leno egreditur foras, Hinc ex occulto sermonem eius sublegam' ab editoribus inter fragmenta incerta positi (a Bothio s. n. 37) apud Non. p. 332, 31 ex Aulularia prolati sunt. cuius fabulae cum ob lenonis mentionem esse non possint, Mercerius ceterique Nonii editores eos ad Vidulariam rettulerunt, Studemundus inter Vidulariae fragmenta recepit, quamquam 'haud satis liqueret, quomodo lenonis persona cum argumento Vidulariae conectenda esset'. fortasse fragmento VIII 'nunc servos argentum a patre expalpabitur' lenonis persona fulcitur. cum enim omnino de amore in Vidularia actum sit, argentum facile interpretaberis a patre extorqueri ad Soterinem virginem a lenone redimendam.

Multo maiorem ceteris grammaticorum scriptis difficultatem praebent commentaria in Vergilium Servii nomine inscripta. inter multos versus Plautinos ibi memoratos quinam pro fragmentis habendi sint, ideo valde difficile est diiudicatu, quia haud pauci versus, quos ad fabulas Varronianas pertinere tituli additi extra dubitationem ponunt, admodum distantes a codicibus Plautinis ostendunt saepe in versibus describendis summam neglegentiam admissam esse. hoc tamen in alteram tantum ac breviorem commentariorum partem valet, cuius Servium ipsum auctorem esse Thilo probavit. Servium curiosum Plauti lectorem docent complures loci, sicut ad Aen. IV, 149; VI, 383; IX, 647. itaque recte ut opinor viri docti illas lectionum discrepantias eo potissimum exortas esse censuerunt, quod Servius e memoria versus attulisset. ab hoc plane contrarium iudicium cadit in alterum commentariorum genus, cuius auctor exempla adcuratissime descripsit ita ut versus quos adfert Plautini fere omnes cum versibus, quales in codicibus leguntur, ad verbum conveniant. pauci tantum differunt, ut ad Aen. I, 233; IV 301, 373, 608; VIII, 632; X, 532; XI, 160; Ecl. IX, 20; Georg. I, 266. quae discrepantiae partim librariorum partim scriptoris ipsius erroribus natae tam leves sunt, ut iudicium e ceteris depromptum minime labefaciant. qua diversa citandi ratione non perspecta priores qui fragmenta e scholiis Servianis collegerunt plus semel erraverunt. certe scriptoris istius scholiorum generis consuetudo postulat, ut eos versus, qui sine fabularum titulis prolati cum codicum Plautinorum versibus non conveniunt, fragmentorum ordini attribuamus. itaque versum ad Aen. II, 357 memoratum 'catuli. Plautus etiam suum: et ego te conculcabo ut sus catulos suos', quem priores editores perperam cum Trucul. v. 268 confudisse iam Schoellius ad eundem versum adnotat metricis rationibus innisus, fragmentis reddo. neque aliter iudicari licet de verbis adscriptis ad Aen. IV, 533 'insistit e. q. s. . . . Plautus tamen ita ait: hunc sermonem institi', ad Aen. IX, 399 'pulchram e. q. s. . . . aut certe antique properet mortem ut Plautus: properate prandium', ad Aen. I, 738 'increpitans inclamans . . . ut Plautus: neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo'.

Servius ipse cum neque versus diligenter describendi neque

titulos fabularum adcurate notandi studiosus fuerit, versuum eorum, qui sine titulis adlati ab eo cum versibus codicum Plautinorum sententiis magis quam verbis conveniunt, maiorem partem pertinere verisimilius est ad Varronianas fabulas quam ad deperditas. itaque — ut uno exemplo utar — recte editores versum ad Aen. IX, 4 adscriptum 'sine iuxta aram sedeam et dabo meliora consilia' rettulerunt ad Mostell. 1094 sqq. adsunt tamen sat multi, qui aut sententiis aut verbis a versibus in Plauto traditis nimis discedunt. qui si vere sunt fabularum nunc deperditarum, a Servio non e fabulis ipsis sed e grammaticorum libris desumpti sunt. hos autem iis, quos e memoria reddidit, magis intactos eum reliquisse satis probabile est. quam ob rem hanc sequor rationem, ut eos versus, quorum numeri satis integri sunt, fragmentis adiciam. itaque praeter versum ad Aen. I, 480 laudatum 'númquam ad civitatem venio nisi circumfertur peplum' etiam illum ad Georg. III, 497 'vellem me in anginam verti ut huic aniculae fauces praeoccuparem' fragmentis adcenseo. perspicue enim in fine versus iambici numeri cognoscuntur: huic ániculae faucés praeoccupárem, proclivique transpositione hi versus efficiuntur:

⏑́⏑–⏑́⏑– ⏑́ me vellem vérti
In ánginam quo huic ániculae faucés praeoccupárem.

quibus Servii verbis editores iudicaverunt Mostellariae versus 218 et 219

in ánginam ego nunc mé velim vorti, út veneficae ílli
faucís prehendam atque énicem sceléstam stimulatrícem

neglegenter describi. cui iudicio ne adstipuler praeter causam adlatam eo moveor, quod idem versus, qui apud Servium legitur, exstat in Pauli exc. p. 8[1]). Leidolphus l. a. p. 202 eum conicit e Servii scholiis in Pauli textum genuinum illatum esse[2]). quod quamquam factum esse posse non nego, tamen ut comprobetur desidero similibus exemplis, quae Paulus habeat importata. mihi verisimilius videtur, versum e Verrii copiis in utriusque scriptoris libros fluxisse. supersunt aliquot versus qui num iure inter

1) Cfr. p. 16.

2) Eandem explicationem ante Leidolphum Ritschelius protulit ad Mostell. v. 218.

fragmenta locum teneant diiudicari nequit. quos omnes equidem dubitans admisi.

Tres versus in Donati scholiis ad Terentium prolatos[1]), qui in codicibus Plautinis non leguntur, cum ad Bacchidum partes detruncatas verisimilius sit spectare quam ad fabulas deperditas, editores huic comoediae inseruerunt. itaque eandem rationem quam ad Boeotiae versus adhibens eos inter fragmenta non recepi. eidem Bacchidum comoediae versus 'sicut lacte lacti simile est' quem e Probi catholicis sumptum Bothius inter fragmenta posuit s. n. 64, attribuitur in Pompeii commento p. 199, 17 K.[2]). deinde versus in Philargyrii comment. ad Georg. IV, 171 exstans 'quam folles taurini habent cum liquescunt petrae, ferrum ubi fit', quem Bothius inter fragmenta s. n. 33 numerat, e Bacchidibus adfertur in Prisciani[3]) codicibus (I p. 575 K.). errarunt editores praeterea 'magadur' in Probi cathol. p. 13, 37 e Plauto memoratum fragmentis adicientes (ap. Both. s. n. 66), quod spectare ad Rudentis v. 633 'seu tibi confidis fore multam magudarim' Keilius ad Probi locum adnotavit.

E glossariis, quibus inter editores unus Pareus perscrutandis studium insumpsit — versum enim 'quid tu o momar Sicule homo praesumis' ex Isidori glossis exprompsit — accedunt 'glos' et 'acieres'. e Placidi glossis fragmentorum copias augere dubitavi. cum enim Kochii, Ribbeckii, Loewii studiis probatum sit, praeter permultas glossas, quae ad Plauti fabulas spectant, inesse haud paucas ad alios veteres poetas revocandas, quo minus fabularum Plauti reliquias enucleemus ex his glossis, quibus poetarum nomina non adscripta sunt, satis certo fundamento caremus. neque eos versus recepi, quos alii ad Plauti fabulas deperditas rettulerunt, sicut '⏑⏑ aére vitam ducit ac manu' Plac. p. 5, 14 D. a Kochio (Mus. Rhen. XXVI p. 553), 'anus aestuosa: quod in modum aestuarii maris hauserit, id est bi-

---

1) Ad Eun. IV, 2, 13; ad Hec. III, 1, 33; ad Phorm. IV, 3, 30. cfr. Ritschelii Opusc. II p. 340 sq.

2) Cfr. Ritschelii Opusc. II p. 330 sq.

3) Cfr. Ritschelii Opusc. II p. 331 sqq.

berit' Plac. p. 12, 1 D. a Loewio (Prodr. p. 287) Plauto substitutos[1]).

Restant denique, ne plures lente enumerem, praeter aliquot versus ex Isidori Originibus, quos a Pareo diligenter congestos omnes Bothius neglexit, duo fragmenta sub Plauti nomine a Fulgentio tradita, quae quamvis dubiosa sint levissima Fulgentii fide innisa, tamen retinui. atque etiam eos versus, quos ex recentioris aevi scriptorum, ut Erasmi, Pontani, aliorum operibus repetitos in Plauti editionibus inveni, exscripsi. quorum unus et alter licet haustus e fontibus nunc obrutis vere ad fabulas deperditas pertineat, plurimi quin falso in fragmentorum ordine positi sint, minime est dubium.

Vidulariae fragmenta adieci, quamquam aliena videri possunt ab hac editione, in qua si rationem propositam severe exsequeris tantum Plauti reliquiae quot exstant praeter XXI fabulas Varronianas locum occupare debeant. neque tamen inutile puto huic libello ea inserere, quibus commodius uti possis quam Studemundi editionibus (Ind. lect. Gryphiswald. 1870 et 'Verhandl. der XXXVI Philologenversammlung zu Karlsruhe' 1883), quae adhuc solae exstant. me ipsum his reliquiis fere nihil novi attulisse libere fateor.

---

1) Cfr. Buechelerus Mus. Rhen. XXXV p. 404. Kettneri sententiam in Placidi glossa p. 79, 3 D. 'Romam ex aquilone Raeti attingunt, vel conlimitant vel finibus se eius adiungunt' Plauti fragmentum inesse opinati refutavit Loewius Mus. Rhen. XXXI p. 70.

FABVLARVM DEPERDITARVM FRAGMENTA

ACHARISTIO

I

Quám ego tanta paúperavi pér dolum pecúnia.

II

[illegible] panem et poléntam, vinum, múrrinam.

ADDICTVS

Opus fácere nimio quám dormire mávolo:
Vetérnum metuo.

ACHARISTIO I Nonius p. 157, 3 M. pauperavit id est pauperem facit. Plautus in Milite glorioso: quae e. q. s. idem (item *codd.*) Acaristione: quam e. q. s. II Plinius Nat. Hist. XIV 92 lautissima apud priscos vina erant myrrhae odore condita, ut apparet in Plauti fabula quae Persa inscribitur, quamquam in ea et calamum addi iubet. ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. sed Fabius Dossennus his versibus decernit: mittebam e. q. s. et in Acharistione: panem e. q. s. Scaevolam quoque et L. Aelium et Ateium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit: quod si e. q. s. quibus apparet non inter vina modo murrinam, sed inter dulcia quoque nominatum.

ADDICTVS Gellius III, 3, 14 sed enim Saturionem et Addictum et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino eum (sc. Plautum) scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt.

Acharistione *Plinii codd.* acaristione *Nonii codd. praeter Leidensem, qui* acaristudio *exhibet. v. Ritschelii Parerg. p. 105.* 1 ecquam *Quicheratius* 2 visum *D* murrina *E* dulcem *in fine versus — debuit ante finem poni — dubitanter adiecit M. Voigtius Mus. Rhen. XXVIII p. 61 probante Lorenzio ad Pseud. 720. hunc versum a prioribus editoribus omissum adiecit Ritschelius Parerg. praef. XIII, Opusc. III p. 177 Bergkio auctore.*

de Addicto *disputavit Ritschelius Opusc. III p. 179 sq.*

AGROECVS

5 ∠ quasi lupus ab ármis valeo, clúnes infractós gero.

ANVS

ARTEMO

I

Nunc míhi licet quidvís loqui: nemo híc adest supérstes,

Servius ad Verg. Georg. I, 124 veterno, pigritia [otio, quia plerumque otiosos solet hic morbus incessere. Plautus in Addicto: opus e. q. s.] veternus autem dicitur morbus intercus i. e. ὕδρωψ, qui homines efficit pigros [et dicimus hic intercus huius intercutis]. *cfr. supra p. 13.*

AGROECVS Gellius III, 3, 9 Marcus tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii verba haec ponit: nam nec Geminei Lenones nec Condalium nec Anus Plauti, nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit, neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi. Paulus p. 61, 17 M. clunes masculine. Plautus: quasi e. q. s. Nonius p. 196, 31 M. clunes feminino. Horatius: quod e. q. s. masculino. Plautus Abroicò: quasi e. q. s.

ANVS *solis in Accii versibus modo adlatis memoratur.*

ARTEMO I Festus p. 305, 27 M. superstites testes praesentes significat. cuius rei testimonium est, quod superstitibus praesentibus i, inter quos controversia est, vindicias sumere iubentur. Plautus in Artimone: nunc e. q. s. *ad hunc versum*

Agroecum *titulum restituit Ritschelius Parerg. p. 138 sqq. Opusc. III p. 181.* agroecus *codd. Gellii* abroico *codd. Nonii.* Ἀγροικος *titulo inscriptae fabulae graecae exstant Anaxilae, Augeae, Philemonis, Antiphanis, Menandri.* 5 quasi *Pauli et Nonii codd.* quas *Nonii L* quam si lepus *coni. Osannus* infractos fero *Pauli codd.* inflatos *edd vett. et cod. Barthii* desertos gero *codd. Nonii* defectos *Bothius Quicheratius* disertos *Osannus* dierectos *Seyffertus in Philol. XXIX (1870) p. 416. recte Ritschelius Opusc. III p. 184* infractos *praefert atque* desertos *e* distritos *vel simili aliquo corruptum veteris interpretis manu in copias a Nonio expilatas inductum esse proponit. quas Capri vel Probi fuisse dixi supra. numeros versus restituit Ritschelius l. a. p. 183.*

De Artemonis *titulo, quem priores editores* Artamon *scripserunt, v. Rit-*

II

. . . . mulionum nauteam fecisset

III

et . . . . . [ravim]

ASTRABA

I

A. Séquere adsecue Pólybadisce: meám spem cupio cónsequi.

B. Séquor hercle equidem: nám lubenter meá[m] sperata[m] cónsequor.

editores fugit spectare Acronis ad Hor. Epod. I, 5 superstitem pro praesenti posuit, ut Plautus: nemo adest hic superstes. *Ritschelius* Servii ad Aen. III, 339 superstes praesentem significat *huc refert.* II Festus p. 165, 27 M. [nauteam ait Opi]lius Aurelius herb[ae genus esse granis nigris], qua coriari utuntur, [cuius videri a nave duc]tum nomen, quia nauseam fa[cit, permutatione T et] S literarum interme[diarum antiquis consueta]. Plautus in Artemone: [unguentum quod naribus mu]lionum nauteam fecisset. . . . lem atque aro . . . III Festus p. 274, 29 M.: ravim anti[qui dicebant pro raucitate]. Plautus . . . item . . . et in Artemone: et.

ASTRABA Probus comm. in Verg. Bucol. p. 2, 23 K. sunt autem astrabae vehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eius modi vehiculis inducit. I Varro de l. l. VI, 73 M. etiam spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat, quom quod

schelii Parerg. p. 153, Opusc. III p. 185. 6 hic *omisit Bothius cum prioribus editoribus.* hic adest *Festi cod. Acron.* A^2, *r* adest hic *rell.* 7 *Vrsinus quae versus priori parti mutilatae iniecit e Curcul. 99 praeter Ritschelium omnes editores acceperunt atque Spengelius, qui 'Reformvorschläge zur Metrik d. lyr. Versarten b. Plautus' p. 192 hos numeros commendat:* . . . . únguentum quod náribus Múlionum naúteam fecisset ⏑–⏑–⏑–. 8 *hunc versum mutilatum, quem ceteri editores neglexerunt, adiecit Ritschelius opusc. III p. 186.*

Scaliger Clitellariam *titulum fictum ad unam cum* Astraba *fabulam rettulit plurimosque versus in grammaticorum libris e Cistellaria adlatos isti fabulae inseruit. quam coniecturam refutavit Ritschelius Parerg. p. 159 sqq.*

II

Axitiosae annónam caram e víli concinnánt viris.

III

Quási tolleno aut pílum graecum réciprocas planá via.

IV

Terebrátus multum sít: subscudes áddite.

V

apluda

volt fieri putat; nam quod non volt, si putat, metuit, non sperat. itaque hic quoque qui dicunt in Astraba Plautina: sequere e. q. s. quod sine sponte dicunt, vere neque ille sperat, qui dicit, adolescens neque illa sperata est. II Varro de l. l. VII, 66 M. (Plautus) in Astraba (astriba F H ascriba G): axitiosae e. q. s. *cfr. glossa* axitiosae consupplicatrices dictae *ap. Loew. Prodr. p. 280.* III Festus p. 274, 25 M. reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere. Pacuvius . . . Plautus in Astraba: quasi e. q. s. IV Festus p. 306, 31 M. [subscudes ap]pellantur cuneatae ta[bellae quibus] tabulae inter se con[figuntur qui]a, quo eae immittuntur, [succuditur. Pac]uvius . . . Plautus in Astraba: terebratus e. q. s. V Gellius XI, 7, 4 legerat autem ille apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae Astraba inscripta est, positum esse. Nonius p. 69, 31 M. aplu-

9 *non* plauti ne sequere *sed* plautin easequere *F' exhibere videri testatur Grothius 'de Varronis de l. l. codice Flor.' p. 32.* Plautine sequere *Scioppius* Plauti sequere *ceteri* Plauti. Nunc sequere *coni. L. Spengelius O. Muellero probante* Plautina. Sequere *Ritschelius Opusc. III p. 188* adseque *codd.* adsequere *Scioppius Spengelius* adsecue *Lachmannus ad Lucret. V, 679 Ritschelius* polyba disce *F G H* Polybadisce *Scaliger Scioppius cett.* 10 herclem quidem (*corr. ex* erclem, *ut vid.*) *F* hercule quidem *G* hercle eam quidem *Lachmannus* hercle equidem *Ritschelius* libenter *codd.* lubenter *Taubmannus* mea sperata *codd. pro vocativo sumit Scaliger* meam speratam *Ritschelius, cuius coniecturas et personarum numerorumque distinctiones recepi.* 11 ac sitiose *F H* actiose *B* axitiosae *Ald.* 12 tollenono *cod.* tollenonem *Turnebus Vrsinus* tolleno *Scaliger Ritschelius* reciproceis *cod.* reciproces *Turnebus* reciprocas *Muellerus Ritschelius* plana uta *cod.* plagas ita *Muellerus* plana via *Scaliger Turnebus Ritschelius, qui altercantium convicia ultro citroque iactata intellegit. Bothius fragmentum in duos versus divellit.* 13 sit et subscudes

VI

15 Térebra tu quidém pertundis

VII

Dare pédibus protinam sése ab his regiónibus.

BACARIA

Quis ést mortalis tám bona fortúna adfectus úmquam,
Quam ego núnc sum, quoius haec [dapsilis] ventrí portatur pómpa,

das frumenti furfures dicunt rustici veteres. hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas. quamquam et Plautus in Astraba fabula ita dixerit, cuius incertum est an sit ea comoedia: atque ideo versus eosdem ponere supersedimus. (ea *pro* eius *corr. Ritsch. Parerg. p. 131*). Placidi gl. p. 8, 3 Deuerl. abludam paleam *et* 8, 13 apluda furfuribus milii pannicique. *cfr.* Paul. 10, 14 M. Plin. Nat. Hist. XVIII, 99. VI Nonius p. 62, 32 M. exterebrare est vi aliquid extorquere et scrutari aut curiosius quaerere. Plautus in Astraba cum in curiosum iocaretur: terebratum e. q. s. VII Nonius p. 376, 3 M. et quoniam nonnulli veterum pro eo quod protinus est protinam vel protenis converterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Afranius . . . Plautus in Astrava: dare e. q. s.

BACARIA Macrobius Sat. III, 16, 1 nec acipenser, quem maria prodigis nutriunt, illius saeculi delicias evasit et ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite

cod. siet et subscudem *Bothius* sit subscudes *Ritschelius.* 15 terebratum *codd.* terebra tu *Turnebus.* 16 in astravada dare *H* in astra vada. dare *P de* protinam *voculae significatione cfr. Langeni 'Beiträge zur Kritik und Erklärung des Plautus' p. 164.*

Baccharia *codd.* Baccaria *Ritschelius Parerg. p. 155* Bacaria *idem Opusc. III p. 197. unde titulus derivatus sit, latet. Ritschelius, qui Parerg. l. a. fabulae argumentum a Bacchabus peti potuisse negat, eum a bacis, Loewius Prodrom. p. 292 minus probabiliter a 'baccar' (i. e. vas vinarium simile bacrioni) deducit.* Vaccaria *Buechelerus dub.* 17 tanta fortuna *codd.* tam bona fortuna *coni. Ritschelius Opusc. III p 197.* 18 cuius *codd.* quoius

Vel núnc [hic], qui mihi ín mari acipénser latuit ántehac,
Quoius látus in latebras réddam ego meis déntibus mandíbulis.

BIS COMPRESSA

CAECVS VEL PRAEDONES

I

Nil quícquam factum nísi fabre nec quícquam positum síne loco,
Auro ébore argento púrpura picturis spóliis . . .
Tum státuis

II

Néque eam invito a me úmquam abduces

ut meminerit eius Plautus in fabula quae inscribitur Baccharia ex persona parasiti: quis est e. q. s.

BIS COMPRESSA *unius Accii testimonio innotuit, quod ad Agroecum exscripsi.*

CAECVS VEL PRAEDONES I Charisius p. 199, 31 K. fabre Plautus in Caeco vel in praedonibus: nihil e. q. s. II Charisius p. 202, 30 K. invito ut falso Plautus in Caeco vel in praedonibus: neque e. q. s. quod idcirco putavi tractan-

Ritschelius dapsilis *et* 19 hic *adiecit Ritschelius* mari *codd. Ritschelius priore loco* marid *l. a.* a///cipenser *P* ancipenser *B*, *supra* accipenser *B P* 20 cuius *codd.* quoius *Ritschelius* ego latus in latebras reddam *codd.* ego *transposuit Ritschelius* in latebras eius reddam latus *idem priore loco* et manibus *codd.* et malis *Ritschelius* mandibulis *Buechelerus. versus iambicos septenarios restituit Ritschelius.*

Bis Compressam *Bothius sine causa cum* Boeotia *fabula confundit. de titulo cfr. Ritschelii Parerg. p. 138, 147.*

De Caeco *titulo egit Ritschelius Parerg. p. 157, 167. una quae exstat praeterea titulo* Caecus *inscripta Titinii fabula, cum nusquam nisi in eodem quo Plauti Caecus Iulii Romani capite (ap. Charisium p. 218, 24) memorata sit, facile suspicio oritur, Titinii nomen errore positum esse versumque ex hac fabula adlatum (Ribbeckii com. p. 135)* ita sémitatim fúgi atque effugí patrem *ad Plauti Caecum pertinere.* 21 nihil *codd.* sine luco *N* sine luxu *Bothius.* 22 picturis purpura *transposuit Bothius. duos versus trochaicos idem descripsit, quos Spengelius 'Reformvorschläge'*

III

Spéctavi ludós magnifiee atque ópulenter

IV

in peregre est

V

Plure áltro tanto quánto eius fundus ést velim.

VI

Ita súnt praedones, prórsum parcunt némini.

dum, quia numero plurali adverbialiter invitis video dictum et apud eos forsitan cum continua voce laetentur. III Charisius p. 209, 24 K. opulenter Plautus in Caeco vel in praedonibus: spectavi e. q. s. IV Charisius p. 212, 18 K. peregre cum abit quis dicimus in locum ut Titinius in Tibicina: ut hic e. q. s. Plautus quoque in praedonibus vel in Caeco: in peregre est. V Charisius p. 211, 27 K. plure Plautus in Caeco vel in praedonibus: plure e. q. s. VI Charisius p. 211, 32 K. prorsum Plautus in Caeco vel in praedonibus: ita e. q. s.

p. 192 adn. 1 sic in tres versus disposuit: ⏑–⏑–⏑– nil quícquam factum nisi fabre Néc quicquam positúm sine luxu auro ébore argento púrpura Picturis spoliis tum statuis ⏑–⏑–⏑–. *quorum versuum descriptiò non consistit nisi Bothii coniectura 'luxu' accepta. attamen 'loco' hic unice apte dicitur. iambicus igitur versus efficitur octonarius. sequitur alterum versum, cuius verba exeuntia cum his numeris non conveniunt, corruptum esse. veri simillimum habeo post* spoliis *nonnulla excidisse. neque enim desunt exempla Iulium Romanum, e cuius libris Charisius omnia quae adfert Caeci vel praedonum fragmenta mutuatus est, versus descriptos contraxisse. conferas Pomponii versum e Maccis geminis prioribus fabula ap. Charis. p. 210, 8 Non. p. 154, 25; 488, 30 memoratum.* picturis statuis opsitum *proponit Buechelerus.* 23 invito a me *codd.* a me invito *Taubmannus* invitam a med *Bothius* a me invitam *Weisius. cum Plauti sermone magis convenit* invito me (*cfr.* Rud. III, 4, 7 III, 5, 17). 24 opulentiter *commentus est Weisius, ut versum senarium efficeret, numeros iambicos fecit Bothius. et anapaestici esse possunt.* 25 in *ante* peregre *omis. Putschius* iam peregre est *coni. Lindemannus. Keilius*: *'fortasse* peregre iit, *nisi potius in his quoque ordo verborum perturbatus est'.* 26 altero *codd. Bothii* Plure áltero tantó quanto eius fundúst velim *haud admittitur, quia in tertio iambici senarii pede verbum spondiacum positum offendit. cfr. O. Brugmanni dissert. p. 22 sqq.* altro *scripsi, quam syncopam Plautum non admisisse Luchsius*

VII

A. Velím ted arbitrári factum. — B. Sédulum est,
[Si] súmmoventur fústes, removentúr lapes.

VIII

Sí non strenué fatetur, úbi sit aurum [cónditum],
Mémbra [ei] exsecémus serra.

IX

⏑⏑–⏑– nil féci secus quam mé decet.

X

A. Quis tu és, qui ducis mé? — B. Mu. — A. Perii,
hercle Afer est.

CALCEOLVS

⏑⏑–⏑⏑– molluscám nucem
Super éius dixit ímpendere tégulas.

VII Charisius p. 219, 9 K. sedulum Plautus in Caeco vel in praedonibus: velim te arbitrari factum, respondetur, sedulum est e. q. s. VIII Charisius p. 219, 16 K. strenue Plautus in Caeco vel in praedonibus: si non e. q. s. IX Charisius p. 220, 19 K. secus pro aliter Naevius . . . et Plautus in Caeco: nihil e. q. s. X Charisius p. 240, 3 K. mu Plautus in Caeco vel in praedonibus: quis e. q. s.

CALCEOLVS Macrobius Sat. III, 18, 9 nucem mollus-

in Studemundi Stud. I p. 59 mihi non persuasit. 28 *perperam Bothius, quem Weisius sequitur,* respondetur *adiectum neglegens uni personae utrumque versum tribuit. neque de eius coniectura* sedulo esse *neque de numeris Charisii verbis ab eo inculcatis opus est verba facere.* te *codd.* ted *Buechelerus Mus. Rhen. XXXIX (1884) p. 418 adn.* sedulum est *codd.* sedulum est si *Buechelerus ibid.* 29 hostes *codd.* fustes *scripsi cfr. Rud. 842 Palliat. inc. inc. 71 Ribb.* lapides *codd.* lapes *Buechelerus collato Prisciani I p. 250, 9 H.* 30 conditum *et* 31 ei *adiecit Ritschelius Opusc. II p. 325 numeros trochaicos restituens.* eius *Bothius inseruit.* 32 nihil *codd.* nil *Bothius. exemplis de* secus *voculae usu Plautino a Langeno Beitraege etc. p. 138 congestis hic versus accedit.* 33 pueri *N* peri *ω* perii *Bothius cum prioribus editoribus. personas recte distinxit Bothius, nam* mu *non esse deplorantis sed balbutientis cuiusdam docet Varro de l. l. VII, 101* mussare dictum, quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt.

Chalceolo *B P* 34 nucem molluscam *Bothius, qui unum iambicum octomarium efficere conatus est.* 35 dixi *Osbernus.*

CARBONARIA

I

ɔ ego pernam, súmen sueris, spétile, callum, glándia.

II

Pátibulum ferát per urbem, deínde adfigatúr cruci.

III

ɔ⊥ secundum eámpse aram aurum abscóndidi.

cam licet hiemis nobis tempus invideat, tamen quia de nucibus loquimur, indictam non relinquamus. Plautus in Calceolo sic eius meminit: molluscam e. q. s. ecce Plautus nominat quidem sed quid sit nux mollusca non exprimit. est autem Persicum quod vulgo vocatur et mollusca nux dicitur scilicet quod ceteris omnibus nucibus mollior sit. Osbernus p. 279 M. dicitur etiam et mollusca, eo quod mollis sit; unde Plautus: molluscam e. q. s.

CARBONARIA I Festus p. 330, 24 M. spetile (spectile *Vrs.*) vocatur infra umbilicum suis, quod est carni proprii cuiusdam habitus exos, qùa etiam antiqui per se utebantur. Plautus enumerand[is s]uillis (*cfr. Keilius Mus. Rhen. VI p. 625*) obsonis in Carbonaria sic m.: ego pernam e. q. s. II Nonius p. 221, 10 M. patibulum genere neutro: masculino Licinius .... Plautus Carbonaria: patibulum e. q. s. III Priscianus I p. 516, 5 H. a 'do' verbo, quod simplex primae est coniugationis, composita cum praepositione tertiae sunt et primitivi servant perfectum duplicantia 'di' e. q. s. itaque omnia idem praeteritum perfectum

36 ego *cod.* esto *Taubmannus Lorenzius Philol. XXXV p. 159* egeo *Bothius. magis quadrat* at *vel* nunc ego . . offero *vel simile, quod in versu sequente positum fuisse potest.* spetile *Festi cod. priore loco, Pauli codd. p. 331, 10.* spectile *Festi cod. in versu ipso. ut* spetile *formam praeferamus, suadet metrica ratio.* 37 patibulus ferar *coni. Lipsius, quod editores receperunt, quamquam alienam minimeque aptam versui infert sententiam. neque ideo opus est scribere* patibulus, *quia accusativus patibulum ad genus masculinum inlustrandum, id quod Nonius intendebat, haud valet. saepius enim Nonius similia minus apta exempla adscripsit, ut p. 221 s. v.* reticulum, *p. 226 s. v.* status. affigat *codd.* suffigar *coni. Lipsius* affigatur *Gerlachius. cfr. Persae v. 295* te cruci ipsum adfigent propediem aliei. 38 eampse *coni. Fleckeisenus* ipsam *Priscianus. Carbonariae fabulae dubitanter adiudicat Ritschelius Parerg. p. 98 (cfr. p. 101) versum* Tibi servi multi ápud

CESISTIO

Dis stríbula aut de lúmbo obscaena víscera.

COLAX

I

Bátiolam auream ócto pondo habébam: accipere nóluit.

II

Quí data fidé firmata fídentem feféllerint,
Súbdoli subséntatores, régi quí sunt proximi,

servant: credidi, vendidi, condidi, abscondidi. Plautus in Carbonaria: secundum e. q. s.

CESISTIO Varro de l. l. VII, 67 M. in Cesistione: distribula e. q. s. stribula, ut Opilius scribit, circum coxendices sunt bovis, id Graecum est ab eius loci versura.

COLAX Terentius Eunuch. prol. 25 Colacem ésse Naevi et Plauti veterem fabulam, parasíti personam inde ablatam et militis I Nonius p. 545, 20 batiola (bacyola PH *m.* 1 batyola *m.* 2 *cfr. Anecd. Oxoniens. class. ser. I*, 2.) Plautus Colace: batiolam e. q. s. *glossas huc relatas vide in Loewii Prodr. p. 280.* II Fronto II, 10 p. 33 Nab. .... adfinitate sociatum, neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait: 'omnes dant consilium vanum adque ad voluptatem omnia'. item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait: qui data e. q. s.

mensam adstant: ílle ipse adstat quándo edit *a Prisciano I p. 522, 10 H. e Naevii Carbonaria prolatum.*

Cesistio *codd.* Gastron *Scaliger, editores,* Cacistio *Ritschelius Parerg. p. 151* Cocistrio *Loewius Prodr. p. 291. cfr. p. 10.* 39 distribula *F H* cera stribula *edd. vett.* caro strebula *Nicol. Loensis Taubmannus Pareus* carnem strebulam *Bothius* de stribula *Turnebus Scioppius Spengelius* da stribula *dubitanter Muellerus* dis stribula *Buechelerus* ut *codd.* aut *Scioppius Bothius Muellerus* obcaenabis *vulg. Spengelius* obcenabis *B* obscenabis *H* obscoenabis *F* cera *in codd. cum sequentibus coniunctum Varronis editores versui inseruerunt.* obscoena viscera *Muellerus.*

Cfr. Menandri Philemonis Κόλαξ. 40 habebat *codd. et Ritschelius Parerg. p. 101 adn. sic versum distribuens:* . . . . . bátiolam Aúream octo póndo habebat:. [ílle] accipere nóluit. habebam *Ritschelius Act. Lips. II 2 p. XI Quicheratius ad Nonii l. a.* 41 firmata *cod.* infirmata *Bothius.*

Qui áliter regi díctis dicunt, áliter in animó habent.

III

Sí me tu hodie ínvitaris númquam quicquam ⏑⏑–

COMMORIENTES

⏑⏑⏑–⏑ sáliam in puteum práecipes.

CONDALIVM

I

Tám crepusculó ferae ut amant; lámpades accéndite.

III Scholia Veronensia ad Verg. Aen. II, 670 (p. 89, 28 K.) numquam omnes hodie. sic in Bucolicis 'numquam hodie effugies'. Plautus in Colace: si me e. q. s.

COMMORIENTES Terentius Adelph. prol. 6 Synápothnescontes Diphili comoediast: eam Cómmorientes Plautus fecit fabulam. *In Accii versibus ad Agroecum adlatis fabula memoratur.* Priscianus I p. 280, 15 antiqui tamen ancipes et praecipes et bicipes proferebant in nominativo, et sic secundum analogiam sequebatur genetivus ancipes ancipitis, ut sospes sospitis. Plautus in Commorientibus: saliam e. q. s.

CONDALIVM *Haec quoque fabula in Accii versibus laudatur.* I Varro de l. l. VII, 77 M. apud Plautum in Parasito pigro: inde hic e. q. s. crepusculum dictum ab Sabinis, quod

42 proximi *cod.* proxumi *Bothius.* 43 animo *cod.* animod *Bothius.* animo autem *Ritschelius Parerg. p. 101 adn.* 44 invitaveris *cod.* invitaris *scripsi, quam perfecti formam contractam futurum tempus significantem a Plauti sermone haud prorsus alienam esse Luebbertus Gram. Stud. I p. 77 adn. duobus versibus Asinariae 765 et Poenuli 450 conlatis ostendit. ne talem praeferas distributionem:* . . . si me tu hodie invitaveris Númquam quicquam. . . . *obstat, quod grammatici solent versus continentes describere, deinde quod* numquam *ab antecedentibus verbis nimis divelleretur. de formula* numquam hodie *cfr. Bergkii 'Auslaut. D im alten Latein' p. 39 adn. I. Ad Plauti fabulam an ad Naevii spectent quae Varro profert de l. l. VII, 105* in Colace nexum e. q. s. *diiudicari nequit. Naevii Colacem Plautum correxisse atque pro nova dedisse sibi persuasit Ritschelius Parerg. p. 99 sqq. cfr. Ribbeckii ad Naevii fabulam adnotationem fr. com.*[2] *p. 11.* 45 *Dziatzko Mus. Rhen. XXXI (1876) p. 375 morituri cuiusdam verba esse proponit.*

Condalium *cfr. Alexidis Amphidis Menandri Timoclis Δακτύλιος.* 46 tam *codd.* tua *Turnebi vet. cod.* fere *codd.* ferae *Buechelerus* feram *Bothius* ut

II

pro

CORNICVLA

I

Quíd cessamus lúdos facere? círcus noster écce adest.

II

Quí regi latrócinatu's ánnos decem Demétrio.

(*coni. Muell.* et *codd.*) id dubium tempus noctis an diei sit. itaque in Condalio est: tam e. q. s. ideo dubiae res creperae dictae. II Festus p. 229, 11 M. [pro ponitur etiam pro am]plifi[cando] e. q. s. alias pro a[dmiratione ut pro Iuppiter . . Accius in Melani[ppo . . . . .] manu omium . . . Plautus in Condalio . . .

CORNICVLA I Varro de l. l. V, 153 M. armilustrum ab ambitu lustri; locus idem circus maximus dictus, quod circum spectaculis aedificatus, ibi ludi fiunt, et quod ibi circum metas fertur pompa et equi currunt. itaque dictum in Cornicula militis adventu quem circumeunt ludentes: quid e. q. s. II Varro de l. l. VII, 52 M. in Cornicula: qui e. q. s. latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt; aut qui conducebantur; ea enim merces graece dicitur λάτρον. ab eo veteres poetae nonnunquam milites appellant latrones, quod item et milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. Nonius p. 134, 26 M. latrocinari, militare mercede. Plautus Cornicularia: latrocinatus annos decem [mercede] Demetrio (*sic scripsi pro codicum* decem mercedem in tiberio. *rectum vidit Ritschelius Parerg. p. 169*) qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

amant *F H* ut ament *rell.* ut amens *Taubmannus Bothius* lampades *F H* lampadas *rell.* accendite *F H cett.* accendere *vulg. Scioppius.*

Corniculam *titulum esse, minime* Cornicularium, *ut in editionibus scriptum est, evicit Ritschelius Parerg. p. 155.* 48 ecce *codd.* eccum *Langenus* '*Beitraege*' *p. 4.* 49 regi latrocinatus decem annos *codd. Varron.* latrocinatus annos decem *codd. Noniani* (*vide supra*). latrocinatus regi annos decem *Bothius* decem latrocinatu's regi annos *Ritschelius Pa-*

III

Púlchrum et luculéntum hoc nobis hódie evenit proélium.

IV

Ita míhi Laverna in fúrtis celerassít manus.

V

Qui amánt ancillam meám Phidyllium óculitus.

VI

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – te óbsecro,
Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.

VII

. . . fac, ére, olant aedes árabice.

III Nonius p. 63, 11 M. luculentum, pulchrum et bonum et perspicuum: dictum a luce. Licinius e. q. s. Plautus Cornicula (*P H* Cornicularia *cett. ut videtur*): pulchrum e. q. s. IV Nonius p. 134, 31 M. Laverna, dea cui supplicant fures. Plautus Cornicularia: militaveram e. q. s. V Nonius p. 147, 27 M. oculitus ut animitus medullitus. Plautus Corni (*sic*): qui e. q. s. VI Nonius p. 220, 13 M. pilleus generis masculini. Plautus Captivis: pilleum e. q. s. neutri Plautus Cornicem (*sic*): te e. q. s. VII Diomedes p. 383, 15 K. oleo oles, apud veteres olant. Plautus in Cornicula: facere e. q. s.

rerg. p. 170. 51 militaveram nam in *codd.* militavi eram nam *L* mihi Laverna *coni. Scaliger Bothius, qui iambicum senarium ponit.* . . mihi Laverna in *Luebbertus Gramm. Stud. I p. 31* ita mihi Laverna in *Buechelerus Mus. Rhen. XV (1860) p. 433.* mihi *ultimae syllabae productionem quam Ritschelius in proll. ad Trin.*[1] *p. CLXIX haud esse probatam contendit in senariis septenariisque postea ipse admisit ad Trin.*[2] *761* celerassit *L Buechelerus l. a.* scelebrassit *Hm.*[1] celebrassit *Hm.*[2] *P Bothius Luebbertus l. a.* celebrassis *coni. Scaliger* manius *codd.* manus *A Scaliger.* 52 Fedulium *codd.* Hedylium *Iunius* Phidylium *Quicheratius* ancillam Hedylium meam *Bothius.* 53 obsecro nide *W* obsecro lide *H* (*cfr. Anecd. Oxon.*) obsecro lyde *L A* obsecro vide *Iun. marg. Mercerius* obsecro te pileum Vide meum *Bothius perperam, pilleum enim est vocativus.* en te óbsecro, Vide pileum meum, mi sodalis, méa salubritas ⏑ – *Ritschelius Parerg. p. 155.* 55 facere olant *A B M* fac, ere *Buechelerus* facite olant *Scioppius Putschius* aedes arabicae *A B* aedesa Rabicae *M. Pauli p. 28* arabice olet

DYSCOLVS

L virgo sum, nóndum didici núpta verba dícere.

FAENERATRIX

I

Heus tu, ín barbaria quód dixisse dícitur
Libértus suae patrónae, id ego dicó [tibi]:
Libértas salve, vápula Papíria.

II

. . . quaé ego populabó probe.

DYSCOLVS Festus p. 170, 21 M. nupta verba dicebantur ab antiquis, quae virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo: virgo e. q. s.

FAENERATRIX Varro de l. l. VII, 96 M. in pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non; ut quod partim dicunt sceptrum, partim scaeptrum, alii Plauti Faeneratricem, alii Feneratricem. I Festus p. 372, 22 M. vapula Papiria in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert, tum dici solitum esse, cum vellent minantibus [s]ibi significare se eos neglegere et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice: heus tu e. q. s. II Diomedes p. 401, 3 K. populo ait Plautus in Feneratrice: quae e. q. s.

id est ex odoribus arabicis *confert Keilius. Versus* 48, 49, 50 *unius scaenae esse videntur, in qua miles a quibusdam induditur. versum* 49 *locutus est unus de illis ludentibus, versus* 50 *finem scaenae designat, proelium enim ad ludum cum milite institutum refero.*

Cfr. Menandri Δύσκολος. 56 virgo sum *cod.* virgo ego sum *Bothius. de verbis nuptis disseruit Naekius in Schopeni carminum Valerii Catonis editione p. 45.*

De Faeneratricis *titulo v. Ritschelii Parerg. praef. p. XXI.* 57 *de* heus *cum vocativo coniuncto v. Langenus* '*Beiträge*' *p. 315.* 58 libertus *cod.* liberta *vg. quod ex sequentibus* liberta salve *repetitum esse proponit Muellerus.* ideo *cod.* id ego *corr. Scaliger. post* dico *lacuna exstat.* dico tibi *Scaliger* dico Atticae *Muellerus.* 59 liberta *cod.* libertas *Muellerus.* 60 prove *A B M* probe *Scioppius Putschius* propere ς.

FRETVM

Nunc illud est quod responsum arretini ludis magis dicitur

Perîbo, si non fécero, si fáxo, vapulábo.

FRIVOLARIA

I

commodo dictitemus

II

Is mîhi erat bilis, [ís] aqua intercus, [ís erat] tussis quérquera.

FRETVM Gellius N. A. III, 3, 7 nos quoque ipsi nuperrime, cum legéremus Fretum — nomen est id comoediae, quam Plauti esse quidam non putant — haut quicquam dubitavimus, quin ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina. Ex qua duo hos versus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi arretini: nunc illud e. q. s.

FRIVOLARIA I Charisius p. 193, 14 K. par est, ut in multis generibus istius modi dictionis, commodo commodeque, ut Plautus in Frivolaria 'commodo dictitemus'. id. p. 196, 9 K. similiter et commodo dixerunt, ut Plautus in Frivolaria. II Paulus p. 256, 11 M. querqueram frigidam cum tremore a Graeco

Fretum *codd.* Feretrum *Ritschelius Parerg. p. 130 coniecit.* 61 *sic codd.* nunc íllud est quom Arréti ludis mágnis responsúm datur *Hertzius Ram. Gellian. mant. 1868 p. 19 Luebbertus Grammat. Stud. II p. 214.* hoc est illud, Quod árietinum dícitur respónsum magnis lúdis *Bothius.* quod nunc illustre est, Quód arietinúm responsum mágnis ludis dícitur *Ritschelius Parerg. p. 85.* nunc ést quod responsum árietinum lúdis magnis dícitur *Fleckeisenus Zur Kritik d. Dichterfr. b. Gell. p. 22.* nunc illud est Árretinis quód responsum lúdis magnis dícitur *idem cur. sec. versum sanare non potui.* 62 peribosi *Ppr de* faxo *cfr. Leo Herm. XVIII p. 585.*

Frivolariam *titulum a vasis fictilibus derivatum esse similiter ac* Cistellariam *et* Vidulariam *proponit Loewius Prodr. p. 292. versus* 69 *comparatus cum Gellii verbis N. A. XVIII, 7, 3* glosaria namque conlegitis et lexidia, res taetras et inanes et frivolas, tamquam mulierum voces praeficarum *indicare videtur, etiam huius tituli* frivola *translaticia intellecta esse.* 64 eras *Prisc. codd. RBADK.* bilis *Prisc. et Festi et Pauli*

III

65 Séquimini me hac súltis omnes légiones Lavérniae.

IV

A. Vbi rorarii éstis? B. Adsunt. A. Vbi sunt accensi?
B. Ecce [nos].

V

Agite nunc, subsídite omnes, quási solent triárii.

χάρχαρα certum est dici, unde et carcer. Lucilius: iactans e. q. s. et alibi: querquera e. q. s. item Plautus: is mihi e. q. s. Festus p. 257, 24 M. querque[ram febrem gravem et mag]nam quidam querc[u dictam volunt e. q. s. Aurelius autem] Opilius frigidam a[it dici et cum horrore tremen]tem. Santra eam ex G[raeco ducit, qui trem]orem eiusmodi χά[ρχαρον dicunt unde dictum esse] etiam carcerem. Plau[tus in Frivolaria: is mihi] erat bilis querque[ra tussis]. Priscianus I p. 271, 1 H. praeterea invenitur apud vetustissimos intercus intercutis et proprie intercus aqua dicitur, quam Graeci ὕδρωπα nominant. Plautus in Frivolaria (fribolaria RADG friborlaria H fribularia BK): is mihi e. q. s. *cfr. glossa Mai VI p. 542a Loew. Prodr. p. 327:* querquera est febris acris, quae cum magno frigore solet venire. III Festus p. 301, 22 M. sultis, si voltis. Plautus in Frivolaria: sequimini e. q. s. IV Varro de l. l. VII, 58 M. in Frivolaria: ubi e. q. s. rorarii dicti ab rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat quam pluit. accensos ministratores Cato esse scribit; potest id ab arbitrio, nam inde (*sic codd.* id ab acciendo *Muell.*) ad arbitrium eius quoius minister. V Varro de l. l. V, 89 M. pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio

codd. bilis is *scripsi.* aqua intercus *Priscianus, omis. Festi et Pauli codd.* querqueratus *Pauli codd. unde* querquera tussis *Festi lacunae iniecerunt.* tussis febris *sine* querquera *Prisc. codd.* is erat tussis querquera *scripsi* tussis febris querquera *Plauti editores, ut versum trochaicum septenarium effingerent, falso* febris *primam syllabam productam admittentes.* febris *glossa videtur esse pro* querquera. 65 hanc *cod.* hac *Vrs. vg.* stultis *cod.* sultis *Vrs. vg.* legiones omnes lavernae *cod.* omnes legiones Laverniae *Bothius* 66 rorani *FH* an sunt *F pr.* en *suprascr. manu alia.* adsunt *coni. Grothius l. a. p. 41.* nos *in codd. omiss. adiecit Bothius.* 67 sub-

VI

Nave ágere oportet, quód agas, non ductárier.

VII

Superáboque omnis árgutando práeficas.

VIII

70 ⏑⏑–⏑ túnc papillae prímulum
Sorórіabant; íllud volui dícere:
Fratérculabant. — B. Ópus est verb[o] ⏑⏑–

ordine extremis subsidio deponebantur; quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum, a quo Plautus: agite nunc e. q. s. Festus p. 306, 4 M. [s]ubsidium dice[batur, quando mi]lites subside[bant in extrema acie lab]entique aciei [succurrebant quod] genus militum [constabat ex iis, qui] emeruerant [stipendia; locum t]amen retine[bant in exercitu]. quae erat ter[tia acies triarioru]m ut Plautus [in Frivolaria: a]gite nunc subs[idite omnes quasi solen]t triario. VI Festus p. 166, 32 M. navus, celer ac strenuus, a navium velocitate videtur dictus. Ennius e. q. s. Plautus in Frivolaria: nave e. q. s. VII Nonius p. 66, 31 M. praeficae dicebantur apud veteres, quae adhiberi solent funeri, mercede conductae, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Frivolaria: superaboque e. q. s. VIII Festus p. 297, 31 M. sororiae (sororiare *corr. Vrs.*) mammae dicuntur puellarum, cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria:.... papillae pri.... volui dicere.... opus est verb.... Paulus p. 296, 5 M. sororiare mammae dicuntur puellarum, quum primum tumescunt. *deinde secuntur, ut Thewrewk von Ponor 'Festus-Studien' p. 11 testatur, Plauti versus:* tunc papillae primum sororiabant; illud voluit dicere, fraterculabant.

sedite *G* subsidete *F Scioppius* subsidere *H.* triarii *Varro* triario *Festi cod. vv.* 65, 66, 67 *coniungit Scaliger.* 68 ductarie *coni. Scaliger.* 69 omnis *H* omnes *vg.* 70 primum *Paulus* primulum *Vrsinus* 71 volui *Festus* voluit *Paulus* opus est verb *omis. Paulus. Scaliger Festi reliquias sic restituere conatus est:* tunc papillae primitus Fraterculabant. illud volui dicere, Sororiabant. quid opus est verbis. *Vrsinus:* tunc sororiabant papillae primulum. sed illud volui dicere, fraterculabant. quid opus est verbis multis. *Bothius:* tum papillae primulum Fraterculabant; illud volui dicere Sororiabant. verbis quid multis opust. *Muellerus:* fraterculabant mulieri papillae primum: sed illud volui dicere, sororiabant. quid opus est verbis pluribus. *Ritschelius Opusc. II*

IX

... agnina tene ... strebulis.

X

... o amice ex múltis mi une Céphalio.

FVGITIVI

A. Áge respecta, víde vibices quántas! — B. Iam inspexí; quid est?

GEMINI LENONES

Dolet huíc puello sése venum dúcier.

IX Festus p. 313, 34 M. strebula Vmbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum, quas G[raeci μηρία dicunt, quae] in altaria in[poni solebant, ut Plau]tus ait in Fri[volaria] .... agnina tene ... [stre]bulis. X Priscianus I p. 188, 21 H. unus quia de vocativo quidam dubitant, Caper, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit hoc usum Catullum et Plautum. Catullus: tu e. q. s. Plautus in Frivolaria (fribularia BGL fribollaria *rell.*): o amice e. q. s. Ars anonyma Bernens. p. 90, 13 Hag.: unus unius uni e. q. s. Plautus: o amice e. q. s.

FVGITIVI Varro de l. l. VII, 63 M. in Fugitivis: age e. q. s. vibices (vivices *codd.*) excitatum verberibus corpus.

GEMINI LENONES *Memoratur haec fabula in Accii versibus ad Agroecum adlatis.* Festus p. 249, 15 M. puelli per di-

p. 438: Fratérculabant iam eí papillae prímulum: Illúd, sororiábant, volui dícere. 73 *inepte Bothius scripsit* strebulam agninam tene. *strebula sunt neutri generis neque de agnorum sed de boum carne dicuntur, id quod testantur Varro de l. l. VII, 67 et Arnobius VII, 24. fuit igitur tale:* [carne] agnina tene[ris]$_a$ strebulis. stribula *Aurelium Opilium scripsisse Varro ibid. refert.* 74 Omice *K* mihi *codd.* mi *Bothius* cefalio *A* chephalio *K* caephalio *Bernens.*

De Fugitivis *titulo v. Ritschelii Parerg. p. 151 sq.* 75 agerge specta *F* a grege specta *H* age euge specta *B* age age specta *Scaliger, quod haud plane cum Plauti sermone consentit, cfr. quae exposuit Brixius ad Mil. 1024.* age respecta *Turnebus Scioppius* vivices *F H* esset *F H* essent *B* est *Scaliger. Bothius tales senarios effinxit:* A. age áge B. spectávi A. vibicés quantas! vide! B. Iam inspéxi. quid id est?

Geminei leones *Gellii codd. Lachmannus ind. lect. Berol. 1849 p. 6.* lenonibus geminis *Prisc. codd. cfr. Ritschelii Parerg. p. 138, 147.* 76 holim *Festi cod.* olim *Vrs.* dolet *Prisc. codd.* huic puello *Festi cod.* hic

HORTVLVS
Praéco ibi adsit; cúm corona, quíque liceat, véneat.

LIPARGVS
Níl moror mihi fúcum in alveo ápibus qui peredít cibum.

NERVOLARIA
I
Scobína ni ego illum áctutum adrasó senem.

minutionem a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait: Poeni e. q. s. et Lucilius: cumque e. q. s. et Plautus: olim e. q. s. Priscianus I p. 231, 21 H. *de* puerus puellus puella *formis disserens* Plautus in Lenonibus geminis: dolet e. q. s. Osbernus p. 407 M. item ab hoc nomine, quod est puer, hic puellus i. iuvenis, unde Plautus in Lenonibus: dolet e. q. s.

HORTVLVS Festus p. 306, 4 M. sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati solent venire, ut ait Cato in eo, qui est de re militari: ut populus e. q. s. id autem signum est nihil praestari a populo, quod etiam Plautus significat in Hortulo: praeco e. q. s.

LIPARGVS Priscianus I p. 522, 8 H. in 'do' unum anomalum invenitur 'edo es est'. vetustissimi tamen etiam 'ĕdo ĕdis ĕdit' dicebant correpta prima syllaba. Naevius in Carbonaria: tibi e. q. s. non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit scazon. Plautus in Lipargo: nil moror e. q. s.

NERVOLARIA I Varro de l. l. VII, 68 M. in Nervolaria

puellus *Prisc. Osbern. quod recepit Draegerus 'Syntax d. lat. Spr.' II² p. 392 minus recte, ut opinor. cfr. p. 7.*

77 cuique *cod.* quique *corr. Scaliger, cfr. Menaechm. 548.* ventat *in codice esse testatur Keilius Mus. Rhen. VI p. 625* veneat *Vrsinus.*

Liphargo *B*; '*codd. Erl. 1 Lips. 1* Ligurgo *vel* Licurgo' *Krehlius. cfr. p. 10. Λέπαργον i. e. servum 'albo ventre' pinguem pigrumque intellegit Buechelerus.* 78 nihil *codd.* nil *Scaliger* albo *G* albo *B* alvo *rell. codd.* alveo *Pareus Bothius Ritschelius Opusc. II p. 730 sqq.* perdit *D* per**dit *K.*

De Nervolaria *titulo v. Ritschelii Parerg. p. 84, 174 sqq.* 79 scobi-

II

80 Prohibéntque moenia ália, unde ego fungár mea.

III

Nos líberi possímus fieri ocíssume.

IV

Prodúcte prodigum ésse amatorem áddecet.

V

. . . . vínum sublestíssimum.

(inervolaria F [intervolaria V.] G H): scobinam e. q. s. scobinam a scobe; lima enim materia fabrilis est. II Festus p. 145, 27 M. moenia, muri; et cetera muniendae urbis gratia facta: ut Accius in Hellenibus: signa e. q. s. significat etiam officia. Plautus in Nervolaria: prohibentque e. q. s. *eadem exhibet* Paulus p. 144, 8 M. III Festus p. 181, 27 M. ocius secundae collationis et deinde tertiae ocissime frequentata sunt. alii dicunt a nostris tracta ex Graeco, id est ὠκέως, cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est, tertiae vero collationis (*Vrs.* consolationis *cod.*) cuius rariora (*Vrs.* maiora *cod.*) exempla sunt, auctor est Plautus in Nervol[aria]: ocissume e. q. s. IV Festus p. 229, 19 M. prodegeris consumpseris perdideris (*cfr. Keilius Mus. Rhen. VI p. 622*) ut Caecilius in Hymni[de]: prodigere e. q. s. et Plautus in Nervolaria: productae e. q. s. V Festus p. 294, 33 M. [sublesta antiqui] dice-

nam *codd.* scobina *Scioppius* scobina ni *Lachmannus ad Lucret. III, 790.* illum *F Turn. cod.* illam *B H* lima *Turnebus* limam *Scioppius* adrasi enim *F H* abrasi *Turnebus Scioppius* adraserim *Muellerus* adraso senem *Lachmannus l. a.* 80 prohibentque *codd.* prohibent quod *Ald.* prohibent quin *Dacerius Bothius* aliunde *Dacerius* alicunde *Bothius. perspicuum est* moenia alia *et* mea *inter se opposita esse.* alium ne ego *Buechelerus proponit.* fungor *Festi cod.* fungar *Pauli codd.* 81 ocissime nos liberi possimus fier *cod. transposuit Buechelerus* ocissume *Bothius.* 82 productae prodigium *cod.* producte prodigum *Vrs. id quod probat etiam Seyffertus Studia Plautina Berol. 1874 p. 23.* pollucte prodigum *Scaliger Bothius* prodigus *forma ap. Paulum traditur p. 228, 5. cfr. Amph. v. 1031. Poen. v. 716.* in amatorem *cod.* me amatorem *Vrs. quod in metricas leges peccat neque aptam sententiam efficit. recte Bothius* esse amatorem, *cfr. Menaechm. v. 203.* 83 *Bothii sententiam, qui e Festi* quia — animo *talem*

VI

Insánum valde utérque deamat ⏑–

VII

85 Scrattaé scrupipedae stríttivillae sórdidae.

VIII

Écquis huc effert nássiternam cúm aqua sine suffrágio?

bant infir[ma et tenuia]. Plautus in Persa: ad e. q. s. idem in Nervolaria vinum ait sublestissimum, quia infirmos faciat vel corpore vel animo. *idem titulo fabulae omisso exstat ap.* Paul. p. 295, 5. VI Nonius p. 127, 25 M. insanum pro insane, ut immane pro immaniter. Plautus Nervolaria (Nervo *codd.*): insanum e. q. s. VII Gellius III, 3, 6 Favorinus quoque noster, cum Nervulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia versum hunc: scrattae e. q. s. delectatus faceta verborum antiquitate, meretricum vitia atque deformitates significantium 'vel unus hercle' inquit 'hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse'. Varro de l. l. VII, 65 (*post versus Cistellariae adlatos*) ibidem: scraties e. q. s. ab excreando scraties sic adsignificat. scruppidam Aurelius scribit ab scauripeda (auscauripeda H F); Iuventius comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus, Valerius a pede ac scrupea. ex eo Accii positum e. q. s. strittabillas a strittilando (strettilando F), strittare ab eo qui sistit aegre. Nonius p. 169, 6 M. scraptas, scrupedas, strictivellas, exprobratio vitii aut deformitatis meretricum. Plautus Aulularia: escratae e. q. s. VIII Festus p. 169, 11 M. nassiterna est genus vasi aquari ansati et patentis, quale est quo equi perfundi solent.

restituere conatus est versum: infirmos quia vel córpore vel animó facit *recte repudiavit Muellerus.* 84 insanum valde *codd.* valde *omis. Lipsius. cfr. Buechelerus ad Petron. p. 81, 14. de* insanum *usu v. Seyfferti Stud. Plaut. p. 21 sq.* 85 scratte *Gellii P R* scracte ς scraties *Varronis HF* scratiae *B* escratae *Nonii codd.* scrattae *Ritschelius Parerg. p. 174 cfr. Ribbeckius Coroll. ad com. fr.*[2] *p. LVII.* scrupede *Gellii codd.* ruppae ides *Varronis codd. sed* scruppidam *altero loco* crupedae *Nonii codd.* scrupedae *Scioppius* scruppidae *Spengelius* scrupipedae *Muellerus Ritschelius* scrabipedae *Loewius Prodr. p. 281 sq. glossam* scrapedus: scabiosus *adhi-*

IX

A. Ósculum. B. Sat est ósculi mihi vóstri. A. Qui, amabó, pater?

Plautus in Bacchidibus: haec e. q. s. et in Nervolaria: ecquis e. q. s. IX Festus p. 197, 20 M. osculana pugna in proverbio, quo significabatur victos vincere e. q. s. significatur etiam osculo savium, ut Plautus in Nervolaria: osculum e. q. s.

bens. strittiville *Gellii P* sritiville *V* strati ville ς rittabillae *Varronis F* ritabilae *H* (strittabillas *altero loco*) strictibilae *Nonii codd.* strittivillae *Ritschelius.* sordide *Gellii codd.* sordidae *Nonii codd.* tantulae *Varronis codd.* edentulae *Loewius l. a. Ritschelius Parerg. p. 174 sqq. editorum sententia abiecta, qui versum Cistellariae fabulae tribuentes coniunxerunt cum versibus a Varrone de l. l. VII, 64 e Cistellaria prolatis, Nervolariae versum restituendum esse evicit. Nonius enim, ut saepius, sic hoc quoque loco titulos confundit, Varronis librorum vitium facile intellegitur, ut Ritschelius explicuit l. a. p. 177. agnoscentibus igitur nobis ubique unum eundemque versum quaestio fit, Varronis lectio* tantulae *an Gellii* sordidae *sit praeferenda. quae discrepantia haud inde exorta esse videtur, quod Varro et Gellius in fabularum codicibus diversas lectiones invenerint. immo Gellius, si supra recte disputavi, fabulam ipsam non inspexit, sed versum e Varronis libro de comoediis Plautinis scripto mutuatus est. unde ratiocinor Varronem eundem versum, quem in linguae latinae l. VII in* tantulae *exeuntem posuit, illic attulisse in* sordidae *exeuntem, similiter ac de l. l. VI, 7 Asinariae versum 685 a* videbimus, *ib. VII, 79 a* videbitur *incipientem posuit. neque igitur causa est cur* tantulae *formam ideo praeferamus, quia vetustiore testimonio innitatur. Loewius, qui e* tantulae *coniecit* edentulae, *profert* sordidae *in fine versus post exquisitissima vocabula* scrattae, scrupipedae, strittivillae *positum admodum languere. quod argumentum infirmatur Poenuli v. 266* prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias Miseras, schoeno delibutas, servolicolas sordidas *et fragmento Plautino ap. Fest. 309* ulcerosam, compeditam, subverbustam, sordidam. *neque apte de meretricibus dicitur* edentulae *nec bene tollitur ornatus adnominationis.*

86 equis *cod. cfr. Ribbeckius trag. fr. p. LI.* 87 Osculum sat est mihi . . . qui ambo mi pater *Festi cod. quo iure vv.* 86 *et* 87, *quorum alter congruit cum Stichi v. 352 alter cum eiusdem fabulae v. 91, Nervolariae fabulae adsignaverim in excursu explicabo ibidemque de argumento fabulae agam.*

PAGON
Honos sýncerasto périit pernis glándio.

PARASITVS MEDICVS
I
in conspicillo adservabam pallium observabam
II
90 ⏑⏓ cum virgis cáseum radí potest.
III
. . . . . áddite
Lopadés echinos óstreas ⏑⏓⏑–
IV
Domí reliqui[t] éxoletam vírginem.

PAGON Varro de l. l. VII, 61 M. in Pagone: honos e. q. s. syncerastum est omne edulium (*sic Scioppius Spengelius* omne medulium *codd.* omnimodum edulium *Muellerus*) antiquo vocabulo Graeco.

PARASITVS MEDICVS I Nonius p. 84, 7 M. conspicillum (*M.* conspicilium *codd.*) unde conspicere possis. Plautus Medico: in conspicillo e. q. s. II Nonius p. 200, 7 M. caseus generis masculini. Vergilius in Bucolicis: pinguis e. q. s. caseum neutri. Novius Macco: pecunia e. q. s. Plautus Medico parasito: cum virgis e q. s. III Nonius p. 551, 5 M. lopades genus conchae marinae. Plautus Parasito medico: addite e. q. s. IV Priscianus I p. 489, 16 H. exoleo quoque exolevi, unde

Pagon *titulum Varronis codd. praebent, cfr. praef. p. 5.* 88 perit *codd.* periit *Spengelius.* gladios *codd.* métuo ne honos syncerasto péreat pernis glándio *Loewius.* ⏓⏑– honos sýncerasto périit pernis glándio *Bothius.* *De* Parisiti medici *titulo disputavit Ritschelius Parerg. p. 132.* 89 in conspicillo *codd.* in *om. Loewius Prodr. p. 280 glossa Placidi* conspicillo: ita ut conspici possint, quod aiunt longis lineis *versuque Cistellariae I, 1, 93 conlatis. idem proponit versum sic restituendum* ádservabam cónspicillo, pállium óbservaba(m) ⏑– *aut* ádservabam cónspicillod, óbservabam pállium. adservabam pallium *om. L* adservabam *omitti voluere Bentinus Mercerius* in cónspicillo aderam óbservabam pállium *Buechelerus.* 90 parasito *ab editoribus falso e titulo in versum translatum esse monuit Ritschelius l. a.* 92 lopades *HPL*^{2} lopadas *L*^{1}*W* ecinos *codd. cfr. Rud. v. 297* echinos lopadas ostreas balanos captamus conchas. *versum ab editoribus falso Para-*

PARASITVS PIGER

I

Inde híc bene potus prímulo crepúsculo.

II

Domum íre coepi trámite [a] dextrá via.

III

Ámbo magna laúde lauti póstremo ambo súmus non nauci.

exoletus exoleta exoletum. Plautus in Medico: domi e. q. s. Osbernus p. 195 M. exoletus, excretus. Plautus: domi e. q. s. *idem* p. 392 exoles . . . et inde exoletus . . . unde Plautus in Medico: domi e. q. s.

PARASITVS PIGER I Varro de l. l. VII, 77 M. apud Plautum in Parasito pigro: inde hic e. q. s. crepusculum ab Sabinis, et (quod *M.*) id dubium tempus noctis an diei sit. itaque in Condalio est: tam e. q. s. ideo dubiae res creperae dictae. *cfr. VI, 5.* II Varro de l. l. VII, 62 M. in Parasito pigro: domum e. q. s. trames a transverso dictus. III Festus p. 166 6 M. naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis, Cincius quod in oleae nucisque (*cfr. Keilius l. a.*) intus sit, Aelius Stilo omnium rerum putamen, glossematorum autem scriptores, fabae grani quod haereat in fabulo, quidam ex Graeco, quod sit *ναὶ καὶ οὐχί*, levem hominem significari, quidam nucis iugulandis quam Verrius iugulandam vocat, medium velut dissepimentum. Plautus in Parasito pigro: ambo e. q. s.

sito pigro fabulae attributum reddidit Medico Ritschelius l. a., qui numeros quoque posuit. 93 domi reliqui exoletam virginem *Prisc. codd.* domi reliqui virginem exoletam *Osbern.* reliqueram *Bothius. magis ad litteras servatas accedit Hertzii* reliqui ego, *magis etiam* reliquit, *quod Buechelerus proponit.*

De Parasiti pigri *titulo disputavit Ritschelius Parerg. p. 132.* 94 inde hic dene potus (*iunctis sive semotis syllabis*) *codd.* hinc inde bene potus *Pius. Ald.* inde hic bene potus *vg. Pius Scioppius Muellerus* inde bene appotus *Scaliger Bothius* primo *codd.* primulo *Scaliger Bothius Ritschelius Opusc. II p. 276 adn.* 95 dextra via *codd. praeter G qui* dextera via *exhibet non recte a Muellero receptum* tramitis recta via *Bothius* tramited extra viam *idem* a dextra via *Buechelerus. Scaliger v.* 94 *et* 95 *coniungit.* v. 96 Ámbo magna laúde lauti nós, postremo ambó sumus Nón nauci *L. Muellerus Philol. XXXVII p. 359.*

SATVRIO

I

Paulus p. 45, 3 M. catulinam carnem esitavisse hoc est comedisse Romanos Plautus in Saturione refert.

II

Retrahí nequitur, quóquo progressa ést semel.

III

A. Mále tibi evenísse video. B. gláber erat tamquám rien.

IV

Subcénturia [aliquem], quí te delectét domi.

